

02 H 1038





DISSERTATIONE INAUGVRALI 22.

Differentias iuris

Romani & Germanici

IN

OPIFICE

EXVLE

IN

PAGIS,

Bon

Handwerckern auf den Dörfern,

PRAESIDE

IOANNE PETRO DE LVDEWIG,

*FRIDERICIANAE CANCELLARIO,*

POTENTISS. PORVSS. REG. A CONSILII INTIMIS

ET IN REGIMINE ATQVE CONSISTORIO DVCATVS MAGDEBVRGICI,

ORDINIS ICTORVM PRAESIDE VICARIO,

PROFESSORE IVRIVM ET HISTORIARVM,

DOMINO IN GATTERSTAET, RELIQVA

PRO HONORIBVS AC PRIVILEGIIS DOCTORIS,

IN VTROQVE IVRE CAPESSENDIS,

RESPONDEBIT

GEORGIVS MICHAEL BONHOEFER,

HALENSIS SVEVVS.

---

DIE XV. MENS. IVL. CIO IO CCXXIV.

---

HALAE VENEDORVM,

Litteris IOANNIS GRVNERTI, Academ. Typographi.

DISSERTATIONE IN ACADEMIA  
MEDICINAE HUIUS CIVITATIS  
ROTHOMAGI & GERMANICI

OPTICAE  
LIBER V  
PAGIS

IOANNES LEIBNIZ DE BRAUNO  
PRO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS DOCTORIS  
GEORGII MICHAELIS HONORABILIS

ROTHOMAGI  
MDCCLXXV



ILLVSTRIS AC LIBERAE  
S. R. I. REIPVBLICAE SVEVO-HALLENSIS  
VIRIS  
ILLVSTRIBVS, GENEROSIS, MAGNIFICIS, EX-  
CELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,  
DOMINIS  
CONSVLIBVS,  
IVLIO FRANCISCO  
OTHONI,  
H. T. REGENTI,  
IOANNI LAVRENTIO  
DRECHSELIO;  
QVINQVEVIRIS,  
CONSILIARIIS,  
AC RELIQVIS  
SENATORII ORDINIS COLLE-  
GIS GRAVISSIMIS,  
PATRIAE

PATRIAE PATRIBVS INDVLGENTISSIMIS,  
DOMINIS, PATRONIS AC PRO-  
MOTORIBVS SVIS,

OMNI OBSERVANTIAE CVLTV AETERNVM PROSEQVENDIS,  
DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM  
CONSECRANDO,

DEVOTISSIMAM TESTATVR MENTEM

TANTORVM NOMINVM HV MILLIMVS

AC OBSEQVIOSISSIMVS CIVIS AC CLIENS

GEORGIVS MICHAEL BONHOEFER.

Differentiae iuris  
Romani & Germanici  
IN  
OPIFICE  
EXVLE  
IN  
PAGIS

*Von handwerckern auf den dörfern*  
ad tit. D. de collegiis & corporibus.

---

OCCASIO ARGVMENTI.



Unt hodie, in Germania Confilia ad VR-  
BIVM ca-  
uenda DE-  
CREMEN-  
TA. praesertim nostra, que-  
relae frequentissimae  
de VRBIVM DECREMEN-  
TIS. Hinc diuerforum  
de illis adiuuandis & adaugendis con-  
filia diuersa. Ex eo tempore inprimis,  
ex quo tributa ciues non *ostiatim*, pro  
aedium numeris ac rationibus, quod  
olim fiebat, soluunt: uerum ex *rebus*,  
A quae

quae fructu & cultu ab illis consumuntur. Ut adeo fieri non possit, quin urbes, quo frequentiores sint incolis; eo etiam ampliori censu instruant ac ditent principis fiscum aut aerarium reipublicae. Contra, quod in PAGIS non tam *homines*, quam iugera *agrorum* publica onera sentiunt; satis est, hos incultos non desereri neque ita refert, incolas habere tantopere numerosos.

ad PORVS-  
SIAE dis-  
pellendas  
uastitates  
m. maio  
CIO DCC  
XXIV.

§. 2. Caue enim, existimes, me his argumentis bella indicere agriculturalium frequentiae. Certe hoc ipso anno, quo haec scribo, nos docuit POTENTISSIMI REGIS nostri exemplum: nullis impensis parcendum esse, ut princeps regionem, incolis paulo destitutam, illis denuo instruat adaugeatque. In PORVSIAM, neque olim plene habitatam (a) neque ex eo tempore,

(a) Auctores sunt, qui existimant; *russiam* in amplitudine ac spatii defallere in hoc geographos, quod *Po.* scribant iusto minorem. Vnicam  
quo,



quo, ob pestilentiam, plura loca inculta, uasta ac deserta effecta, multa millia nouorum colonorum e *Franconia* imprimis *Suenia*que hoc fine euocauit eduxitque, maximis impensis, ut illi agros, ibi natura foecundos, cultu suo ac operis redderent fertiles, dispulsis uastitatibus.

§. 3. Verum de urbium cauendis desertis uniuersim agere, illud nostri non erit instituti. Sigillatim unam cauendi remediorum partem inde delibamus. Ut scilicet pateant in *urbibus* solis *officinae artificum, opificum, mercatorum* exulentque illae in pagis, ad regundos ac custodiendos inuicem utriusque loci iurium & causarum limites singulares.

§. 4. Pertinet huc ex legibus *Latii* titulus *D. de collegiis & corporibus*.

*Insterburgensem* dynastiam, narrant, respondere magnitudine sua Germaniae potentissimo principatui, imo uincere quodammodo limitibus Magdeburgicum ducatum uniuersum. Ut adeo sufficiat Borussia nouis colonis ac habitatoribus recipiendis multo millibus.

A 2

Quem

*Officinae  
exules in  
pagis.*

*Tit. Dig.  
de COLLE-  
GIIS &  
CORPORI-  
BUS.*

4  
 Quem nuperrime insigni commenta-  
 riolo illustravit uir doctus, *Ioan. Gottl.*  
 HEINECCIUS (b), nostras olim, nunc cul-  
 tioris Belgii iureconsultus humanissi-  
 mus. Praeterea enim, quae STRAV-  
 CHIVS; BESOLDVS; SCHROETERVS; BEIE-  
 RVS; GEISLERVS; FRITSCHIVS; SIMON  
*de iure collegiorum & opificum* (c) in  
 opusculis singularibus in academicam  
 arenam produxerunt, uel brachii sunt  
 leuioris uel in illis tantummodo oc-  
 cupantur, quæ faciunt ad nostri aevi  
*opificum mores ac consuetudines*, non  
 spernendos temere iudici forensi.  
 Guido PANCIROLLVS *de corporibus ar-*  
*tificum* conspicuus est inter uolumina,  
 quae uocare solent *tractatus tracta-*  
*tuum*.

Arriident  
 Latii &  
 Germa-  
 niae dis-  
 sensus.

§. 5. Ut uero auctorum alii uel in  
 folius *Latii* rebus haerent; alii in cau-

(b) In dissertatione *de collegiis & corporibus opificum* an. 1723.

(c) Quibus addi possunt iuris Ger-  
 manici communes *lexicographi*  
*Webnerus, Dietherrus, Besoldus,*  
*Speidelius* alii.

fis

sis opificum, *huic aeuo* tantum solen-  
nibus ac obuiis; alii *utrosque circulos*  
miscent ac turbant; alii cogere insti-  
tuunt *patria* ac *Romana* instituta in iu-  
ris harmoniam: ita nobis in *diuersis*  
*rebus publicis iurium diuersorum diffe-*  
*rentiae* arrident; nouo iterum hoc spe-  
cimine comprobandae. Sic enim fiet,  
ut causas hic litigiosas recto demum  
iudicio aestimemus ac decidamus.

§. 6. *Occasio rei est haec. Patria ci-*  
*uitas, Caesari imperioque addicta, que-*  
*relas mouet nuper aduersus aliorum*  
*pagos uicinos, altores opificum & offic-*  
*inarum, quod hae tantummodo patere*  
*debeant in urbibus. Causam eius in*  
*nos suscepimus, in tribunalibus uen-*  
*tilatam, nunc agendam in academica*  
*arena. Idque praesidio utriusque iu-*  
*ris differentiarum. DEVS adsit scri-*  
*bendis.*

*Occasio*  
*argumen-*  
*ti singula-*  
*ris*

## DIFFERENTIA I.

de causis urbium & opificiorum diuersis in utraque  
republica.R. I. opifi-  
ces non  
ciues in  
urbibus;  
sed mili-  
tes.

**R**omano iure princeps causa ur-  
bium *militēs*; contra *opificum*,  
ex Romuli instituto, nulla in illis cura.  
Quibus demum, siue *Numa* siue *Ser-  
uius*, reges, ibi loca fecerunt atque in-  
struxerunt illas iuribus *collegiorum* ac  
*corporum* (a). Vnde facile ad intelli-  
gendum; lege prohibitiua Latium de-  
stitui, quin opifices agerent in pagis.  
Quae enim *l. 3. C. de commerciis & mer-  
catoribus* ideo adducuntur ab omni-  
bus fere iureconsultis & forensibus iu-  
diciis: illa sunt inania, praepostera,  
inconcinna prorsus. Non mercatura  
& officinis interdicitur *pagani*; sed  
primo *nobiles*; deinde *dignitatibus*  
conspicui; demum *ditiores* patrimo-  
nio. Primi certe ob *sorditiem*; alteri  
ob *potentiam*; ultimi ob *uim aeris* ad  
sup-

suppressendos parum diuites (b). Ne  
 uerbulum quidem de *paganis*. Sed  
 quid? Num ideo herbam porrigemus  
*opificibus* & nundinatoribus *urbifugis*?  
 Nec quicquam *Germanici iuris* fontes  
 hic aperiendi ad litem hanc sopiendam  
 & extinguentiam. Nam in *Germania*  
 principio *urbes* nullae; *militis* nostri, in-  
 colae nobiliores, in *pagis* praediisque  
 egerunt abhorrueruntque a domicilio  
 urbano. Igitur ad cogendas urbes &  
 oppida condenda aliis opus fuerat re-  
 mediis. In his praesentissimum illud:  
 ut *opificia* & *mercatus* tollerentur in  
*pagis*; locus illis fieret non nisi in *ur-*  
*bibus*. Ipsi *opifices* in *pagis* olim ha-  
 berentur *serui*; notarentur ideo *ma-*  
*cula* leuis notae; agerent segreges &  
*soliuagi*: contra in *urbibus* illi redde-  
 rentur *ciues*; *ingenui*; aucti honore ac  
 dignitate; *iuribus corporis* & *collegii*  
 instructi redderenturque *sellulariae*  
 etiam

I. G. opifi-  
 cia adfixa  
 non nisi  
 urbibus.



etiam artes, olim fordidae & serviles, nunc homine dignae quouis *ingenuo* (c). Hae leges *urbium* ac *ciuitatum* nerui & artus, spiritus & anima. Quas si sustuleris temere; Germaniae urbes nudabis incolis atque rediges illas in uastitates & deserta. Specimina oculis obuersantur passim. Quod in urbibus, frequentia hominum olim celeberrimis, nunc adpareant desertae aedes, uici, plateae, quarum possessores, propter agentes in pagis opifices, destituti operis remediisque, acquirendi uictum ideoque coacti solum uertere. Quod igitur iure Romano non iniquum; *officinas* instrui in *pagis*: illud nefas iure Germanico. Siquidem diuersorum locorum iura ac limites diuersi regundi ac custodiendi; suum cuique tribuendum; cauendaque in subditis rerum iuriumque conuersio ac perturbatio. Hinc enim  
inter

inter subditos procellae, casus indeque ipsius respúblicae pernicies & ruina. Olim *Romanis* inde non metuenda: sed nostrae reipúblicae pertimescenda ac omni iure declinanda. In *provinciali* urbe, a principe; in *imperiali*, auctoritate supremorum imperii tribunalium (d).

## CAP. I.

## Historia iuris de *collegiis* ac *corporibus* OPIFICVM Latii.

(a) **E** St hoc testatissimum scriptoribus Romanis: quod conditor urbis Romulus, collegerit coegeritque in illam *militēs* solos; his sola commendauerit *arma*; interdixerit eosdem *mercato* & *opificiis*; uoluerit demum, ut ultima tractarentur uel a *seruis* tantum uel etiam a *peregrinis*. Ut adeo *mechanicae* & *sellulariae* artes audirent Romanis *sordidae* ac *indignae* homine ingenuo. Prodit hoc Romuli iudicium iisdem propemodum uerbis *Dion. HALICARNASSEVS lib. II. antiq. Rom. p. 98.* Credit martis filius: dediscere militem militaria, si tempus daret opificio; animum eius effaeminari, si, post arma, ei superesset alia spes; imo capi eum mollitiae, si negotiaretur; demum consilia metuenda, deserendi uitam militarem, cogitandi missionem caussariam; arma togae postponendi atque sic eneruandi milite & studio militari prolem martis, rempublicam militarem. Ne-

Cur Reo-  
mulus  
PROHIBU-  
ERIT ciues  
OPIFICIS

B

que

que mirum. Nam his moribus in plerisque regnis utimur hodieque: quod stipendiarii ideo milites nostri ferre prohibeantur, exercere artes, opificia, mercaturam.

NUMA uero tolerauerit  
ORIFICES.

§. 2. Primus ergo *opificibus* ius ciuitatis Romanae dedit NUMA. Quod pariter prodit HALICARNASSEVS *lib. II. p. 98.* Cum enim Romulus alios Romae nollet ciues, quam *militēs* essentque ideo in despiciatu *artifices & opifices*, sola autem *arma* in pretio; omnes studuere rei militari. Sed misera militum facies in pace, illo praesertim tempore, quod illi non stipendio uiuerent, sed suis quilibet impensis, praedis & rapinis. Vnde quotidiana ciuium desideria bella quotidiana. At belli fortuna satis anceps; cui rempublicam, iamiam regione non spernenda instructam, noluerat committere temere Numma. Inde cogitauit de pretio faciendo etiam litteris, opificiis, artibus. Quibus absterfit quoddammodo maculam, iniustam illis Romuli instituto. Nam opificum multorum numeris iura dedit collegiorum. Quae recensuit nominatim eius biographus PLVTARCHVS in *uita Numae*. Floruerant igitur ex hoc tempore collegia *tibicinum; aurificum; fabrum; tinctorum; sutorum; coriariorum; aerariorum; figulorum*, aliorum quoque, quae non commemorauit Plutarchus. Qui tamen apud alios scriptores & praesertim in uetustioribus marmoribus occurrunt. Collecta pridem ab ALCIATO ad *L. 85. §. 163. de uerbor. signif. p. 962. lib. II. dispunct. cap. 17. CVIACIO lib. VII. obseruat. cap. 30.* quod est de collegiis; *Laelio BISCIOLA horar. subsecinar. Lib. XII. c. 22. & lib. XV III. c. 12. Car. SIGONIO de antiq. iure ciu. Rom. lib. II. c. 12. de opificibus & artificibus* inscripto; *PIGHIO in anal. Rom.* passim *AC LAZIO de rep. Rom. lib. XII. c. 4. THOLOSANO syntagm. iur. lib. XV. c. 32.* nouissime ab HEINECCIO studio singulari, congestis hoc sine lapidibus. Quibus addi possunt plures alii in iisque ille, cui inscriptum nomen PATRONAE



DE COLLEGIIS AC CORPORIB. OPIFIC. LATII. II

NAE COLLEGII FABRORVM & CENTVRIARIORVM apud *Io. Bapt. FERRETIVM ex lib. III. musarum p. 164.*

§. 3. Vt ut uero *opificibus collegia* Romae fuerint aperta; quo tamen quisque princeps magis studiosus fuit militiae, suscipiendis ac gerendis bellis; eo magis hoc idem egit, ut artifices & opifices in urbe redirent redirenturque in pristinum statum, id est, despicientiam labem, maculam, sordes. Vt princeps in urbe locus omnino maneret militibus. Neque puto, nisi his moribus uixisset Roma, eandem reportauisse tot uictorias ex orbe propemodum uniuerso.

*Inde, militiae causa semper oppressa opificia.*

§. 4. Vt, quae supra laudati scriptores plenius dixerunt, ego repetam in epitome: notari debet fortunarum, quibus opificia & artificia Romae usa fuere, metamorphosis. ROMVLVS interdixit ciuibus *opificia*, quae hominibus peregrinis ac seruis commendauit. NVMA indulgit ciuibus etiam *opificia*. His e manibus uelut illi eripuit *Tullus HOSTILIUS*, qui alium non inter ciues in pretio habuit, quam militem. Seruius *TULLIUS* ea restituit iterum ciuibus noluitque, omnem ciuem nasci militem. *TARQUINIUS* superbus depressit *opificia*: ut plures ei milites seruirent ad opprimendam populi libertatem.

*In statu REGIO.*

§. 5. *Regibus* extinctis, summa rerum ad *populum* rediit uniuersum. In quo primas tulit multitudo. Quod dissimulare oportuerat *patritios, proceres, senatores*: ne, bellis intestinis subortis, hostes pericula adferrent scissae in partes reipublicae. Sed tamen illud perpetuo actum, ut, quo frequentiores opifices Romae, eo magis contemtum haberentur, ne sibi aliquid arrogare possent, quod faceret ad reipublicae gubernacula. Inde, faecis loco, in urbe habitati *opifices*; inde *opificia* homine ingenuo habita *indigna*; inde ipsi *serui* admixti eorundem collegiis & omne id actum, quod faceret ad eorundem deprimendam uim.

*In statu consulari, opificum collegia odiosa ex noua causa ob meritum perduellionis.*

In fauorem eorundem LL. XII. tab. sub.

P. CLODII plebiscitum.

ALEX. SEV. DRI SEVERI institutum an. CCXXXII.

Inde collegia XXXV. opificum.

Hofes collegiorum in statu consulari.

S. 6. Intellexit has artes plebs sibi que atque opificum collegiis subinde prospexit, ne haec nomina, quod proceres ac patritii uoluerant, in republica expungerentur. Hinc in LL. XII. TAB., ut *l. ult. D. de colleg. & corpor. innuit, collegia opificum*, nacta sunt iura, edendi STATUTA, dum modo non obessent iuri communi. Hinc illi, qui auram captare uoluerunt multitudinis ac plebis, id egerunt, ut *opificum collegia* fouerent & instaurarent, exemplo *decemuirorum* in *l. ult. D. de coll. & corp.* uti statim scripsi atque P. CLODII maxime. Is, cum patrius esset, se adrogandum dedit homini plebeio, ut haberetur deinceps plebeius eligereturque *tribunus plebis*. Vbi hac inprimis lege seu plebiscito se commendauit insigniter multitudini; quod *OPIFICVM COLLEGIA suppressa instauraret adderetque noua* atque instrueret ea pluribus priuilegiis, Narrant hoc *DIO lib. 38. TVLLIUS in Pisonem c. 4. ad Atticum lib. III. c. 7. PAEDIANVS*, eius interpretes, *ad orat. pro domo p. 83. & horum fide ex recentioribus St. V. PIGHIUS tom. III. lib. 16. ad an. 695.* Demum *ALEXANDRI SEVERI* imperatoris lex eundem habuit finem, *opificum & artificum corporibus* constitutis proprioque instructis defensore ac iudice, ne, quae mea coniectura est, milites soli aliquo loco essent in republica. Ipsius rei testis est *Ael. LAMPRIDIUS* in eius *vita c. 33.* His patronis, *opificum & artificum collegia* tantos auctus habere, ut numeri eorundem crescerent ad *trigesimum quintum*. Quos nominant sigillatim *l. 6. quibusdam D. de iure immunit. atque l. 2. C. Theod. de excus. artific. Quorum munerum & opificiorum indiculum* confecit quoque exhibuitque in suo commentario *Iac. Gothofredus*.

S. 7. Contra inde a statu etiam *consulari & principali* plures fuere, qui consilia iniuere de *opificum collegiis* extinguendis, & iuribus eorum opprimendis. Mihi quidem opinabile non est, exactis regibus nulla *opificum*

cum collegia in urbe floruisse, quae reducerint demum decemviri, quod putat doctus vir, Heineccius. *Primo* enim Tarquinius superbus, si HALICANASSEO *lib. IX. p. 246.* fides est, non collegia sustulit opificum; uerum *synodos* aut maiores coetus, sacrorum causa a populo uniuerso coactos in urbe & in agris. Qui utrique conuentus non debent commisceri. Deinde in LL. XII. tabularum non *collegia* noua Romae instaurantur; sed florentibus iam collegiis indulgetur ius faciendi *statuta*. Certissimo argumento, tum opificum collegia in urbe superuisse. Necquicquam igitur peruerse iudicat SIGONIVS *lib. II. de ant. iure ciu. Rom. c. 2.* uiguisse quidem Romae *opificum collegia*; sed illis ciuem Romanum se non addixisse, nisi ob egestatem ac sorditiem. Ideoque contentim habitos opifices & quandoque distinctos a ciuibus reliquis ex ordine honestiori. Atque hoc, non alio sensu, accipienda uerba HALICARNASSEI *lib. IX. p. 583. ciui Romano, ordinis honestioris, arte manuarua ui-*  
*tu quaerere, parum licere.*

§. 8. Illud tamen utraque manu largimur, extinuisse ad *collegiorum* numeros & multitudinem proceres ac primores urbis & cogitarum multoties de illis minuendis & extenuandis. Quo pertinent ea, quae PAEDIANVS in *Pisonem* & pro *Cornelio* in locis testatissimis habet: an. V. C. 685. *sublata collegia.* Sed quae? *Illa, quae aduersus rempublicam esse uidebantur. Alia enim relicta, quae utilitas ciuitatis desiderasset.* Quod Sctum recitant reperuntque plures. De *Iulio Caesare c. 42.* & *Octauio c. 32. augustis* paria habet SVETONIVS, quod ipsi collegia dissoluerint *noxia ac noua, relictis antiquis & legitimis.* Idem de reliquis imperatoribus alia. Eo praefertim tempore, cum, sub tegumento colendorum sacrorum, coirent homines factiosi. Quam notam inuere solent leges ac scriptores cum *iudicis; tum christianis.*

*stianis.* Ut adeo Romae quisque perduellionis reus haberetur, qui uel institueret collegia priuato conatu uel coleret illa aut frequentaret.

Cur de-  
mum a  
collegiis  
nulla fere  
pericula?

§. 9. Verum stipendiario milite probe instructo & decrescente incolarum multitudine; imo animis ciu-um ad christianorum sacra, a motibus, turbis ac armis remotissima, conuersis, minus periculi a collegiis. Quo-circa causas non habent iudices; quare ex eius generis legibus durissimis damnare uelint coetus, hodie in ur-bibus nunc sacrorum colendorum ergo, nunc alio fine innocuo congregatos.

## CAP. II.

*De L. 3. C. de commerc. & mercat.*

Romana  
lex incon-  
cinna Ger-  
maniae  
instituta.

(b) **A** Butuntur hac constitutione omnes iureconsulti ad cohibendos in pagis opifices. Est autem *l. 3. C. de commerc. & mercat.* haec: *Nobiliores natalibus* (hinc creditum, mercatura amitti nobilitatem) & *honorum luce conspicuos* (ut adeo mercatores & opifices eligi non debeant ad munera, habentia dignitatem) *ex patrimonio ditiores* (ne collegii mercatorum robur extimescendum reipublicae aut pauperes destituerentur mercatu) *perniciosum* (ob causas modo dictas) *urbibus, mercimonium exercere prohibemus.* *Ut inter plebeios & negotiatores* (patritiis enim indigna mercatura) *facilius sit* (si ab his non intercipiatur) *emendi uendendique commercium.* Ex hac itaque lege fidenter arguunt interpretes ac iudices, prohiberi opifices, tractare officina in pagis. TABOR *de iure cereuis. c. 3. §. 1. & cap. 6. §. 5. 7. Henr. MICHAEL responso XXIII. de prohibitis in uicinia ciuitatum mercatibus, opificiis & artificiiis p. 367. & plures alii.* Hoc quidem nexu consecutionis: *si, quod perniciosum urbibus, lege prohibetur; etiam in pagis prohibentur officina,*  
cum

cum damno immani urbium omnino coniuncta. Verum primo *lex* non loquitur de urbium perniciē *uniuersim*: uerum *sigillatim* de illa, quam inferant urbibus aliqui ob causam *singularem*, si negotientur *nobiles*; *magistratus*; *ditiores*. A causa uero *singulari* ad *uniuersalem*, siue, quod scholae dicunt, a *particulari* ad *particularem* nulla consecutio. Deinde sermo non est de *opificio*; uerum de *mercatura*. Tum interest plurimum inter id, quod *utile* & quod *iustum*. Certe, *opificem* in suis operis acarte *moenibus* circumscribere, urbibus quidem utile; sed ideo neque *honestum* neque *iustum*, prohibere alterum, acquirere aliquid sua manu extra urbem. Praeterea, cum ob *diuitias* nemo hodie interdicitur uel *mercatu* uel *opificio* aut officina, *lex* haec uel nunquam recepta a Germanis uel desuetudine sublata pridem. Habuerunt suas causas Romani, ut *ciues* potentiores gente, munere, opibus retinerent in studio rei *militaris* abstraherentque ab opificiis & mercatura; quoniam salus Latii potissima in armis: contra Germanis non desunt milites, qui merent stipendia in bello. Igitur uilescit omnino *lex peregrina*, cessante eius causa & anima in prouinciis Germaniae.

§. 2. Discant inde iuuenes: quae pestilentia doctorum sit, *causas publicas* patriae (*die zum Staat und der policey gehohren*) aestimare uelle ex legibus Latii, aut reuocare ad peregrinae reipublicae cynosuram.

§. 3. Neque maior uis in *l. s. C. de seru. fugit.* quae est haec: *Mancipia diuersis artibus praedita, quae ad rem publicam pertinent, in iisdem ciuitatibus placet permanere.* Ita, ut si quis tale mancipium sollicitauerit uel auocandum crediderit cum seruo altero, eum restituat. Cum XII. solidorum summa inferenda reipublicae. Et quae de libertis artificibus, non extra ciuitatem sollicitandis dicuntur deinceps. Putant enim, si lege Romana nefas; sollicitare seruum aut

LL. Rom.  
non rece-  
ptae in  
causis pu-  
blicis.

Nugae ex  
L. s. C. de  
seru. fug.

aut libertum opificem, ut ciuitatem, in qua artem exercet, relinquat: exulent multo magis opifices in pagis. Sunt quidem interpretes hic muti. Verum facile est ad intelligendum; etiam has argutias robore destitui. Nam hic sermo est non de *omnibus artificibus*; sed de illis tantum, qui artes exercent ad rempublicam pertinentes. Ab his nefas est, abstrahere quenquam: partim ne respublica huius generis careat opificibus ac operis: partim, ne illae prodantur peregrinis. Quod explicat *L. ult. C. de fabricensib.* docerque legem superius recitatam nostrum argumentum iterum non ferire. Possent quidem euenire; ut opifices certi generis uni adscriberentur loco, quem nequirent deserere & docere opificium alios alibi. Id quod de Noriberga solent narrare: capitis poena ibi statutum, ne ex opificibus illi exeant urbe, qui alibi locorum non inueniantur. Vt ita ciuitas gaudeat commodis monopolii. Pectinatores eo praecipue referunt eosque, qui *pectines* faciunt *eburneos*. Sed demus hoc. Quis uero unquam somniauit legem: opificibus omnibus nefas esse, uertere solum? Apage nugas.

## CAP. III.

## Historia iuris Germanici de OPIFICVM COLLEGIIS.

Iure  
Germ. OPIFICIA penes seruos in pagis.

Probant  
1) testes  
2) sordidi quaestus.  
3) operae locatae.

(c) **I**N ueteri Germania *opificia* penes *seruos* tantum fuisse, plura produnt. TACITVS auctor est *de mor. Germ. c. 25. seruos dominis uestes dare*. Deinde, pro mercede locare operas alteri, homine ingenuo pariter, iudicio maiorum nostrorum, habebatur indignum. *Audacia artem parauit, non in quaestum tamen aut mercedem, speciminis loco dat idem de M. G. c. 24.* In uulgi certe sermonem iuit: *qui alteri operas locat, ille est seruus alterius.*

terius. Quare etiam probrosum Germanis, ab altero conducere praedia, cum conductor serui instar haberetur. *Wer von dem andern pachtet, leihet, ist des andern knecht.* Praeterea cum uestimenta, cibi, domus, cetera apud Germanos ab omni arte ac cultu aliena essent, facile est ad intelligendum, talia non ab ingenuis manibus prouenisse, uerum tractata fuisse a mancipiis. Demum arma <sup>4) armis in concinna.</sup> sola Germanicae nobilitati in deliciis: uix cura agrorum uel litterarum: multo minus fieri poterat, ut nobilis uir operam daret arti fellulariae. Sed dicis; opificia nulla Germanis nota fuisse, hominibus barbaris atque omnium rerum ignauis. Inde *seruorum* aut *ministerialium* commune nomen; singularia nulla *sartorum, sutorum, tonsorum,* cetera. <sup>5) opificibus nullum nomen.</sup> Largior hoc; sed, quam pauca & rudia fuerint opificia, haec tamen fuerant non nisi mancipiorum. Vti hodieque in Porussiae, Lithuaniae aliisque regionibus quilibet rusticus & agricola sibi sutor, sibi *sartor, carpentarius, fullo, lintearius.* Imo Greg. TVRONENSIS lib. 3. c. 15. examen refert serui Germani. Nam quaesitus, quid operis sciret? respondit: *in omnibus, quae mandari debent in mensis dominorum, ualde scitus sum.* Porro in LL. Germanorum antiquis occurrunt serui *uestiarii* L. Alem. tit. 8. §. 1. *aurifices* L. Burg. tit. 10. §. 4. *fabri sartores, sutores* tit. 21. Imo *pastores* distinguuntur *ouium, porcarii, stotarii, bubulci, caprarii, marescalci, carpentarii, uinitores.* Quae singula locis scriptorum ac legibus instruxit Ioach. POTGIESERVS lib. II. c. 3. de operis *seruorum & ministerialium.* Quod magis est: licet post *curialibus seruitiis* se addixerint homines *nobiles,* adpellati tum *ministeriales aulici, hofbe-* <sup>6) macula ministerialium</sup> *ante:* contraxerunt tamen hi ipsi ex his *ministeriis* maculam suae fortis ac gentis, ut ideo *nobilitate* uere *indigni* haberentur essetque opus eius generis ministeriali, <sup>a) priuatorum aut principis.</sup> *nobilitatem* instaurari eidem a principe nouis codicillis.

C

Inde

Inde formula: *eximimus te ab omni seruilis & MINISTERIALIS conditionis respectu & NOBILIVM sorti iterum accensemus.* Quam exhibet PRAESES tom. I. miscell. lib. III. op. 5. p. 153. Caue tamen cum his principis ministerialibus misceas ministeriales prouinciae uniuersae. Vltimos in societate imperii cum principe; primo inter nobiles incolas loco fuisse; audiuisse ideo prouinciae dominos (*landherrn*): neque in itu ac reditu comiti aut baroni cessisse. Illius doctrinae me admonuit PRAESES VICARIUS AVLICI ac imperialis iudicii eminentissimus. Cuius purpuram colui olim silentio in *reliquis* tom. IV. lib. 3. p. 190. 191. Quae omnia eo faciunt, ut constet, abhorruisse in ueteri Germania homines ingenuos ac nobiles ab omni genere opificiorum aut operarum, exhibendarum pro mercede alii.

§. 2. Hoc cum ita sit, illud omnino indagandum; qua causa euenerit nihilominus: ut opificia apud Germanos manibus seruatorum erepta; commendata ac concessa nonnisi hominibus ingenuis; iisque alienis longe ab omni macula opprobrii, sceleris, confortii, natiuitatis; *collegiorum* demum iuribus ac tribubus aucta; imo, quod maximum est, instructa aliquo honoris ac dignitatis gradu. Vt iam nunc sutores, sartores, restiarios, tonsores habeamus uiros, non nisi *honorificos*. Qui sermone etiam curiali nobis audire & scribi solent *ehrbare handwercks leute; ehrbare zunffien; ehrlche handwercker; ehrenhafte meister; ehrbare gefellen* & quae schemata honorificorum uerborum generis eiusdem. Inde causa prouerbii Germanici: *Die zünffie in den Stätten wären so rein; als wann si von tauben gelesen.* Vbi nolim cum SECKENDORFIO in *addit. des Fürsten Staats* §. 41. eius edicti causam requirere a superstitionis opificum statutis, eidemque addere calculum cum HERTIO *lib. I. paroem. XIV. p. 418.* Verum contra in memoriam mihi reuocare, quae cura singularis fuerit olim Germanis in cultu honesta-

b) non  
ipsum rei-  
publicae  
die land-  
herrn.

OPIFICIA

a) epagis  
migrant  
in urbes  
an. 925.

b) inge-  
nuo di-  
gna.

c) aliena  
a sorditie  
d) hono-  
rifica.

e) colle-  
garum  
honestas  
supersti-  
tiosa.



nestatis. Ut hanc multoties laedi crederent in rebus, quarum nullus pudor olim Romanis. Exempli loco esse possunt *leges torneamentariae*. Ex quo igitur *honorifica collegia opificiis* indulta; pristini moris opifices fere retinentiores fuere, quam ipsi nobiles & officiales. Penes quos multoties *parum honesta seculum* audiunt, notanda tantummodo in hominibus generis ac fortis *uulgaris*.

§. 3. Si igitur in re obscura uti licet coniecturis: mea opinio est haec. Absterfae *opificiis* maculae & sorditiei causam principem fuisse *urbium* ac *ciuitatum* originem in Germania. Olim Germania interior caruit *urbibus*. Quod facile est ad probandum. Scribit TACITVS *de M. G. c. 16. nullas Germaniae populis urbes habitari, satis notum est*. Sequuntur causae. Prima est: *quia ne pati quidem inter se iunctas aedes uelint. Inde colere discretos, segreges ac diuersos, ut fons, ut campus, ut nemus placuit*. Altera: ne in *urbium* magis, quam *armorum* robore securitatem ponerent Germani, quod documento comprobatur TACITVS *lib. IV. hist. c. 17.* Tertiam nos docet AMMIANVS *lib. XVI. c. 10.* quod turpe moribus suis, esse crederent, cingi moenibus, ut *retibus* animalia. Quarta etiam forte accessit: ignauia *artis architectonicae* & inscitia aedificandi. Et quis quaeso sedes fingere lubuisset in urbe? Non homines *nobiles*. Horum enim opes ac deliciae ruri, in syluis, campis, aruis, pascuis inter animalia & pecudes. Non *seruis* adscripti dominorum glebis ac operis ruri. Sed, post hos, *libertorum* fuerant olim paucissimi: neque multitudo aliqua plebis.

§. 4. Sed tamen admodum solers cura *urbium* condendarum, post alios, HENRICO aucupi. A quo Anco Martio discendae artes, cogendi ciuitates & homines ab agris & aruis in urbes auocandi. Scilicet *opificia* sustulit in *pagis* statuitque *opifices* nonnisi in *urbibus*. Quibus

codicibus  
veneris  
veneris  
veneris

VRBIVM IN  
Germania  
causae  
sunt OPI-  
FICES.

Quare olim destituta illis.  
Prob.

- a) tellim.
- 2) caulis, quod a) segreges.
- b) securitas in ar-  
mis.
- c) dedecus sepiri.
- d) inscitia.

e) exilia incolarum.

INSTAV-  
RATOR ur-  
bium ac  
iuris opifi-  
carii HEN-  
RICVS au-  
cepit 925.

quibus  
adscripta  
OPIFICVM  
collegia.  
Probatum  
restimo-  
nio Witte-  
kindi, il-  
lustrati

& emen-  
dati.

Vesper-  
genfis.

Sigeberti.

Bothonis.

haud dubie primus in Germania dedit iura collegiorum. Claris uerbis hoc scribit WITTEKINDVS *lib. 1. p. 639.* cuius locum, toties ab aliis exscriptum, nos singulari lumine perfundemus & emendabimus. Ita autem ille: *con- cilia & omnes conuentus (collegia) atque conuiuia (solen- nioris ritus) in urbibus uoluit celebrari (quo fine? certe alio non, quam ut incolae urbani haberent, unde ui- etum quaerent). In quibus extruendis diu noctuque operam dabat. Vilia autem olim extra urbes (in pagis) fuere munia. Tali lege cum ciues adsuefaceret. Qua sci- licet opificia in pagis prohibita indultaque solis urbi- bus. (\*) Noli succensere, nos editioni Meibomianae medicas manus attulisse. Fuerat illis opus, ob rei ac legis singulare momentum, depressum & ueluti expun- ctum frustra scriptura librarii. Adiuuat nostram fidem CODEX DRESDENSIS *msc.* qui, ut uariae lectiones exhibent Leibnitianae, pro, *uilia autem nulla*, legit *uilia aut. ola*, quae ultima uox haud dubie olim reddenda. Quod uero pro *moenia, munia* legerim, illud me iubet *abbas VRSPERGENSIS p. 212.* qui repetit uerba Wittekindi uocabulo eodem: *uilia aut nulla* (quod uerum non fuisset, cum & duces & comites egerint in pagis; igitur reponen- dum) *uilia autem olim extra urbes erant munia.* Ita rei ipsi respondet scriptura & LEX IMPERIALIS: de *opifrice ex- ule in pago*, nostris curis est restituta integritati. Consi- lio maturo optimus respondit euentus, quem indicat SIGEBERTVS *Gemblacensis ad an. 925. quod urbes rebus & iu- ris (non uinis, quod alii habent) plenae essent.* Interpre- tem etiam audiemus Germanum, *Cunradum BOTHONEM**

(\*) Vulgaris editio Meibomii uerba ulti- ma ita habet concepta: *Vilia aut nulla ex- tra urbes fuere moenia.* Quod & falsum est & inconcinnum illis, quae antecedunt & subsequuntur. Nam & *castella* moeni- bus clausa, quorum in Germaniis tum plu-

rima. Et quis *uilia moenia* dixit unquam? Et quid haec ad legem: *ut omnia collegia & conuentus nonnisi cogentur in urbibus.* Ne noui esurirent in illis ciues destitue- renturque remediis ad uictum & cultum.

*in chron. Brunſu. p. 395. Und de Keyſer bot, dat neyne HOCHTYT; neyne MARKET; noch TEXVERNE, kopen und VORKOPEN ſcholde bedriue, wan in den STEDEN. Alſo worden ſtede beburvet in SASSEN, wu dat bequemest was. Patria habet GOBELINVS in coſmodrom. cap. 47. p. 247. Henricus mandat, ut nonus exuiris, in rure habitantibus, inco- leret ciuitatem aut opidum. Et quod nulla eſſet taberna ſeu forum aut conuenticulum uel ſolemnitas aliqua, niſi tantum in ciuitatibus. Succinit ſcriptor, noſtro fere coae- uum, DITMARVS lib. I. p. 317. Qui dicit: Henricum no- ſtrum urbanos maiori gloria, quam hactenus factum, ha- buiſſe & ad haec MVNERIBVS dignos illos honoraiſſe. Eſt igitur omnino in oculis animisque circumferenda LEX HENRICIANA: de collegiis opificum inſtituendis neque ha- bendis niſi in urbe. Quo iure uiuimus nos utimurque eodem, cum eandem inde ab Henrici aucupis tempore ho- dieque obſeruemus formulam patriae reipublicae. Si ali- cubi migrauiſſus priſtinos mores, illi non credendi aut ſtatuendi temere; ſed docendi ac comprobandi idoneis rerum argumentis.*

§. 5. Verum enim uero non iam hic opus eſt aliqua iuris credulitate aut fide, priſtinos Henrici mores in Ger- maniae urbibus conſeruatos eſſe perpetuo uſu atque ex- ulauiſſe in pagis opifices generis cuiuſcunq. Sunt ob- iuriae ſatis lites, pagis omnia aeuo intentatae, nutritoribus opificiorum, a patriae ciuitatibus. Quae in cauſa hac ideo ſemper fuerunt uictrices; quod lex Henriciana cla- ra ſatis, uſu ac uerbis, ad quam talia exigi debent ceu ad normam & cynoſuram. Principio hoc inde patet, quoniam pagis, quoties opifices alere uoluerunt, opus fuit privilegio ſingulari. Specimen offendes in RELI- QUIARVM tom. VI. lib. V. dipl. 62. (\*). Idem reperimus

(\*) Verba diplomatis, an. 1276. concepti, ſunt haec; gratiam contulimus, ut in Ri- chenau TABERNAM liberam, duos fabros, duos piſtores & duos carniſices iure heredi-

in *coenobiis*. Quae pariter *tabernis* ac *opificinis* interduntur, nisi doceant se privilegio munita (\*\*). Sunt autem axiomata iuris: *regulam seu legem firmat exceptio seu privilegium in casibus non exceptis*. Contra uero est hoc *urbium ius* ordinarium: aperire ac intruere *tabernas & opificinas*; facere *opificum collegia*; privilegiis muni-  
re *opifices*; interdicare *opificiis* uiciniam. Quod iterum docere possunt exemplo nostrae RELIQUIAE tom. VI. lib. I. p. 41. 42. Ita enim BOLCO dux Silesiae an. 1337. ciuitate donat *Friburgum*: ut iura habeat *ciuitia*, id est, congrua ciuitati, *ex more ANTIQVO FRANCONIAE & TEVTONICALI*. Alendi scilicet & habendi *mercatores*, *prohibendi opifices infra milliare circumferentialiter*. Multum tribuo his litteris. Nam prouocant primo sigillatim ad *morem Teutonicalem*. Vnde patet: quod Germani in *opificiorum collegiis*, solis urbibus datis, iura habuerint singularia prorsus. Deinde addunt, *morem hunc esse antiquum*, penes Teutonicos; ut nihil prohibeat, credere: inde a temporibus Henrici aucupis his *legibus opificiariis*, (*dem ZVNFFTRECHT der handwercker*) uixisse Germanos. Nam uox *more antiquo* superat aetatem seculi tantum unius aut alterius. Demum nesciuisse alias gentes haec *instituta opificiaria*: inde nostram Germaniam sibi proposuisse ea in re exemplo, quod imitarentur. Non mirum est, hac in re mutos esse historicos. Nam est hoc in illis omnino desiderandum, quod res tantum publicas & sacras tractent commemorentque, a popularibus ac domesticis fere alieni. Ut adeo talia suppleri debeant ex diplomatibus aut aliis bonae fidei instrumentis.

LEGEM  
hanc; opi-

§. 6. Illud autam inuenio in rerum Germanicarum evolutione, *pagos* facile concessisse in id, ut *opifices* alerentur & perpetuo collocabunt. Et hi artifices, quicquid operabuntur noua uel uetera in uilla uendent libere & quiete.

(\*\*) Illa in annis 1265. 1292. in tom. VI.

eodem lib. 5. p. 378. & p. 493. occurrunt: unde patet, neque *coenobiis* licuisse *opifices* alere, nisi ui privilegii.

rentur

idque ex  
MORE  
TEVTONI-  
CALI 1337.

rentur; haberenturque *opificinae* nonnisi in urbibus: uerum iura, *coquendi & uendendi cereuisiam*, noluerunt relinquere urbibus solis. In illis locis maxime, ubi aquae non ita salubres, ut etiam *ruricolae* appeterent *cereuisiam*; deinde ubi urbium situs ultra milliare remotus a pago; post ubi pagi frequentiores incolis. Inde litem ideo intenterant urbibus. Idque diuersimode. Alii enim pagi, uti liceat uerbo eius artis, *braxare* tantum uoluere pro usu certorum dierum solennium ac festorum. Inde mos inualuit: *des Pffingstbieres*: uti nobilibus eo tempore indultae uenationes, *eines festbasens*. Alii hanc libertatem uindictarunt suis incolis eorumque familiis. Idque uel *nobiles* tantum *den freyen haustrunck auf dem hof*; uel rustici quilibet *das kesselbier*; uel uniuersitati paganae *das freye dorfbrauen*. Paucissimi fuere, qui illud etiam sibi adrogarunt, ut *cereuisiam* e pago in urbem ueherent uenderentque, instar frumenti. Contra acerrime contradixere huic licentiae ciuitates: idque ex more antiquo & instituto Henrici aucupis: quod *omnis mercatus* esse debeat in urbibus; quod ibi nonnisi *cauponae & tabernae*; quod in urbibus tantummodo *celebrandi conuentus festiui, epula & conuiuia*; quod haec talia si urbi demeris, habueris pro illa desertum. Quare uero hae lites non ita uetustae sint; illius etiam rei indicabo coniecturas. Olim *agricolae* egere *segreges*; in uillis *pagi* audiuerunt integritractus (*gantze ünter und gauen*). Quod docere possunt *Meibomius; Knauthius; Paulini; Wigul-Hundius; Fritschius*, qui de *pagis Germanorum* scripsere ex instituto. Igitur parum erat, *nobilem dynastam coquere cereuisiam* eamque sibi retinere ac suis *uillaribus*. Postea autem *nobiles* rerum domini inter suos *ruricolae* iniuere alias paulo rationes. Nam *conuocarunt* homines uillares uolueruntque, ut, uillis sublati & relictis, *sedes suas in uno loco unirent* effice-

fices non-  
nisi in ur-  
bibus, facie  
le obser-  
uarant  
uillae die  
weiler.  
Excepto  
iure bra-  
xandi das  
brauen.  
Quae ta-  
men mul-  
tiplicia.

Qui hae-  
lites  
non adeo  
uustae  
sed origi-  
nem de-  
beant ni-  
cis rurali-  
bus?

efficerentque aedium plurium compagem, quam deinceps non uillam (*ein weiler*) salutarunt; sed pagum in uernacula *ein dorff*, id est, pauperum, quales rustici, coetum (\*\*); si licuerit in forense argumento cum iureconsultis nugari. Quicquid sit cum *pagi* nostri siue *uici* in patria recentioris sint instituti, quam *urbium* ipsarum: facile liquet, quare noua *uicorum* aemulatio in habendis *tabernis* & *opificiis*. Adeoque *urbium* iura in *opficum collegiis* instituendis uetustiora quam ipsorum *uicorum*, qui postea demum sunt coacti ex causis in margine indicandis (\*).

(\*\*) Audiendus hic Steph. SKINNERVS in etymologico linguae Anglicanae sub b. u. THORP ab AngSax. *dorpe*; Teutonico *dorff*; Belgico & Danico *torp*; antiquo Teutonico, in *den thorphon* in pagis. Fr. Iunius desecit a Graeco *δορυβος* tumultus, uel a *δορυον*, quia coloni simul coenare solent, peractis laboribus. Virumque satis crispice & uiolenter. Mallem deducere ab AngSax. *dearf*, *dürfender*, pauper egenus. Quia scilicet plerique omnes pagorum incolae pauperes sunt. Inde iureconsulti nostrates arguunt: ipso uerbo paganos destitui iure opificiorum & mercatum. Audire enim *dorfer* loca, indigentia *urbibus*, in illis, quae facerent ad cultum. His generis forensem litem decidere & conficere nult Adrian. BEIERVS de colleg. opific. c. IX. n. 749. 797. 828. cum eoque plures alii. Sed iuri aliunde claro non opus est his officiis. Ego enim arbitror satis clarum esse: quod *DORFF* glebam dicamus *subterraneam*, pagos nostros inde nomen accepisse. Siue quod domus paganae e *glebis* ac luto confectae; siue quod *glebis inaedificatae*; siue quod in locis *subterraneis* habitauerint uillares. Vtrumque certe scribit suo tempore TACITVS de M. G. cap. 16. *Colunt discreti; suam quisque domum spatia circumdat; materia utuntur informi; quaedam loca illumunt terra, ut picturam imitentur. Solent & sub-*

*terreaneos specus aperire. Suffugium biemi & receptaculum frugibus.*

(\*) De causis *uicorum* maius silentium, quam *urbium* ipsarum. Certe in Latio agricolae pariter segreges per uillas singulares egerunt. *Villae* autem (*weiler*) nomine *unanimorum* (*ein hofgebäude*) intellexere ueteres: plures deinde iunctas dixerunt *uicum*. Siue *ruri*: siue *in urbe*. TACITVS de M. G. cap. 16. *uicorum* meminit in ueteri Germania. Sed talium, ubi aedificia non essent connexa. Cum suam quisque domum spatio soleat circumdare. Imo ne pati quidem, inter se iunctas, aedes. Vnde Tacito *pagi* tractus plurium diuersorum incolarum, habitantium pro ut fons, campus, nemus placuit, uni tamen addictus rerum domino; contra *uici* aedium plurium compages, sed distinctarum suis arcibus ac interuallis. Taciti aedo pauciores *uici*; uillae plures. Post uero *urbibus* instituto Henrici aucupis conditis: ad horum imitationem etiam, *uillis* demum sublatis, *uici* coacti atque *uniti*. Quales dixeris nostri aeni pagos (*dörfer*). Barbaro tamen significatu. Nam *pagi* a *pangendo* dicti, quod pateant disperisque sint per uillas plures & centenos *incolas*. Villarum in uicos conuersionis causae fuere latrocinia & bella, in quibus uillae singulares facile expilatae ac deletae. Deinde *sacrorum* cura. Cum

Non

Non igitur *prima* aliquid derogarunt *ultimis*; sed *ulti-*  
*mi* primis iniuriam sic instituunt inferre. Et sane *uicos* Qui adfe-  
*rurales* principio ne quidem gauisos esse libero *mercato*: ctarunt  
 illud nos docet *uicorum* differentia. Nam sunt, qui ideo principio  
 audiunt *markflecken*, quod instructi sint iure *nundina-*  
*rum*, aliis *uicis* hoc iure prohibitis ac destitutis. Deinde, mercatorum.  
 in tanta incolarum in *uicis* frequentia, domini rerum si- Deinde  
 bi sumptuerunt facultatem *coquendi cercuisiam* & aperien- ius bra-  
 di *cauponarias tabernas*. Vnde *urbium* oppositio & pagis xandi.  
 intentatae lites. In quibus *urbes* omni tempore uictrices.

§. 7. Edemus horum *forensium bellorum* specimina Hinc de  
 quaedam, uti nostris quidem se offerunt manibus. Nam cercuisia-  
 otium nobis non est, euoluendi plures auctores. Prin- rio iure  
 cipio *an. 1463. Christ. Franc. PAVLINI in annalib. Isenacen-*  
*libus p. 119. commemorat: inuicem litteris digladiatos esse* ingentia  
*nobiles de BOYNEBURG & oppidum ISENACENSE. Voluisse* inter uicos  
*ultimos, ut cercuisia in uico non alia uenderetur, quam Isē-* & urbes  
*nacensis. Contra Boynebürgios prouocasse ad libertatem* bella.  
*naturalem, qua quisque in suo coquere aquam posset & pa-* Exemplo  
*rare potum eumque uendere aliis. Qui rerum exitus?* Isenacen-  
*Temperauit rem sententia sua princeps: Daß auf dem* sium 1463.  
*dorf zu Stettfeld nicht mehr, als zehen faß in dem Kretsch-*  
*mar zu verlegen; das übrige aus der statt Eisenach zu holen.*  
 Deinde *Lubecensium* controuersiam eandem, iudicio Lubecensium

enim olim nefas esset, in uillulis habere *pres-*  
*byterum*, hos enim *PAVLVS* ipsi *Tito* com-  
 mendauit in *urbibus solis cap. I. uers. 5. co-*  
 actis postea uillaribus in *uicos*, his singulis  
 uere dati *presbyteri* aut sacerdotes. Idque  
 largitione cum *nobilis domini* praecipue:  
 tum etiam incolarum *uicanorum*. Memi-  
 ni probe, pontificios, sub *presbyterorum*  
 nomine in loco *Paulino*, intelligi uelle  
*episcopos*, quod hi interdecti sint per *cano-*  
*nes sacros*, habitare in uillulis, ne nomen  
*episcopi* uilescat, quod *papa Zacharias* re-  
 petit apud *BARONIUM ad an. 742. n. 6. mu-*

nitque cum dicto *Paulino THOMASINVS de*  
*discipl. uet. eccles. tom. I. lib. I. c. 3. n. 3.*  
 Sed unam unius uillulae familiam singula-  
 rem alere sacerdotem & graue erat & fere  
 indignum sacro munere. Vti enim *uici rura-*  
*les* destitui solent hodieque medico, chi-  
 rurgo, iuris perito: ita etiam deside-  
 rati olim, in uillis *parochi* & *pastores*. Vt  
 adeo inter causas conuersarum uillarum  
 in oppida & urbes referre omnino liceat  
 desideria *singularium pastorum* & *presbyte-*  
*rorum*,

D

forensi

an. 1476. forensi confectam, exhibet *Henr. MICHAEL responsio 23. p. 402.* atque annis 1576. & 1595. eandem litem eodem modo sopitam: *Daß die torfleute nicht befuget, ihr kesselbier in tunnen oder legeln zu verkauffen; sondern solches nur vor sich und ihre leute zu genieffen.* De *Grimmen* pactis cum urbibus eorumque indulgentia agit *BERLICHIVS de- cis. 31. n. 8.* Sibi enim tribuerint *ciues*, quod ideo cum *uicariis an. 1555. die 29. Maii* transegerint pacto. *BRUNSVICENSIS* quoque, licet olim non additi *ducibus*; sed usi fuerint libertate *imperiali*: illam tamen querelam mouerunt aduersus uicinos principes, quod in suae ciuitatis iniuriam, pagis indulgeant facultatem cum *cereuisiam coquendi*; tum habendi *opifices*. Vtrumque legibus ac institutis imperii esse aduersum. Hocque ipso nefas esse principi, aliquo priuilegio munire *uicos* atque *uicanos rurales*. Post *acta Brunsvicensia* interpres sufficere poterit *LIMNAEVS tom. 3. iur. publ. lib. 7. c. 9.* De *Gera*, Thuringiae ciuitate, historia huius problematis & actae litis satis foecunda ac prolixa est: *num iure gaudeat prohibendi uicinos rurales, uicos opificis, tabernis & iure braxandi.* Nam omnia haec ciuitas habuit pro rebus ac iuribus inuicem connexis. Cum itaque *uici rurales* aliqui sibi adrogauissent idem, praesertim quod *dominus territorii* uideretur aliquantum conuiuere: ideo collegia iureconsultorum *Wittebergensium & Lipsiensium* requisuere, ut hanc causam, prout ius & aequitas uellent, responderent. Neque aliter fieri poterat; quam uterque ordo sententiam an. 1602. ferret hanc: *ius braxandi & opificiorum collegia habendi esse antiquo more non nisi penes ciuitates, pagis ac uicis ruralibus inhibendum omnino interdicitis.* Libellos & responsa plene recitat *SCHOEPFER de braxandi iurib. part. I. cap. 2. n. 354. 355. sqq.* Quae post iudicio firmata *RVDOLFI II. in Pragensi* tribunali an. 1605. De *Lipsiensium* intercessione aduersus *uicos rurales*  
in

Grimmen-  
sium 1555.

Brunsvi-  
censium  
1569.

Gera  
an. 1487.  
1543. 1544.  
1599.

Lipsien-  
sium.



in causa eadem, PEIFFERVS *lib. II. hist. Lips. §. 45.* Plura *responsa* opusculo suo de iure *ceremoniarum* addit TABOR *in parte practica p. 619.* Georg. BEYERVS *Specimen. iur. Germ. lib. I. c. 16.* Unde facile instrui potest maior forensium exemplorum cumulus in hoc argumento.

§. 8. Erexit ad alia cristas *uicorum* amplitudo. Sunt *demum* certe in Germania *uici rurales*, qui *centum*, imo *ducenta* *opificia* *tas*, trecentas & plures numerant familias ac domus; imo tot incolas, quos non capit unius templi spatium. Ut unus quandoque uicus *duas* aut *tres* habeat foueatque *parochias*, sacras aedes & presbyteros. Nam in Germaniae bellis frequentioribus id egerunt agricolae; ut conglobarentur inuicem uicosque, praesertim desertos ob pestilentiam uel bellum, uicis iungerent exsurgerentque ita pagi ampliores ipsis urbibus. His itaque principes, plerumque rerum ignari, indulserunt *opifices* aut genera *opificiorum* aliqua: hoc addito moderamine, ut *collegiis* ac *tribubus* in urbe adscriberentur abstinerentque a docendis *tyronibus* neque adsciscerent socios in operis. Formulae in uernacula sunt: *Daß sie es mit denen zunftten in den stätten halten; keine lehrjungen annehmen; auch keine gesellen sœrdern; auch über die vergœnnete handwerker keine andere gedultet werden sollten.* Siue hoc fecerit princeps motu *proprio*; siue *precibus* ea in re quid dederit *uicorum*; siue ex gratia singulari aut proposita mercede hoc indulserit praediorum dominis *nobilibus*: mihi perinde est, cum certus sim, ita iura, quaesita lege ac usu longinquo in Germaniis stabilita, eripi *collegiis opificiorum* in urbibus. Horum ergo nisi consensu eoque non senatorio; sed populari id factum sit: habent illi omnino, de quo querelas instituere possunt etiam forenses. Cum iura sua cuique tribui & nemini eripi debeant, praesertim rite & cum ratione ac publico commodo quaesita.

Aduersus  
LEGES *opi-*  
*ficia* re-  
quirentes  
in folis  
*pagis.*  
Speculum  
Saxoni-  
cum.

§. 9. Sufficit ergo nobis; fieri hoc, praeter iuris ordinem, legibus aduersum, De LL. antiquis egimus supra: sequuntur illae, quae aevi paulo recentioris. Principio huc uidetur digitum intendere SPECVLATOR Saxo lib. III. landr. artic. 66. ubi dicitur: *man mag keinen marckt bauen dem andern, auf eine meile, zu nahe.* Est certe haec eadem lex Teutonica, ad quam Silesiae princeps prouocauit supra §. 5. an. 1337. ne *opificia ulla exercerentur in locis, quae distent ab urbe intra milliare circumferentialiter.* Neque sinistra interpretatio GLOSSATORIS: *Habent singulae CIVITATES fundatum de IVRE hoc priuilegium: ne infra milliare circumcirca habeatur uinum uel cereuisia extranea uenalis & ne fiant brasia aut decoctiones huiusmodi.* NEQUE habitare permittantur ARTIFICES uel MECHANICI in uillis habitantibus. Et intellige, *marckt, von allerley burgerlichen handtbiereung. Welche den steten zustandig ist.* Oscitat GLOSSA in Weichbild artic. IX. n. 12. quasi ideo tantummodo nefas esset, intra milliare condere urbem, ne munimentum munimento obesser.

Suenicum. Quod est absonum. De speculo SUEVICO non est, quod dubitemus. Nam utrique speculatori uitulus, quo arant, idem. Quod non dissimulat SUEVVS; sed agnoscit cap. 393. Schwabischrecht zweyert sich nicht vom Sachsenrecht. Dann an erb zu nehmen und urtheil zu geben. Ideoque Silesiacum ex reliquiis. tom. VI. supra §. 5. exscriptum documentum, in ciuitatum iure aduersus uicanos opifices, sigillatim ad morem antiquum prouocat Franconiae. Certo argumento, omnium Germaniae prouinciarum idem hic ius & morem eundem fuisse: *opifices exulare debere in uicis ruralibus pagisque generis cuiuscunque.*

RESPONSA  
pruden-  
tium.

Iura SA-  
XONICA

§. 10. Recte igitur Henig. GOEDEN cons. 12. num. II. cum eoque Ioan. KOEPEN consil. Brandeb. decis. 16. n. 2. definiunt: *OPIFICVM COMMVNITATES priuilegia habere: ne extranei ultra milliare uel duo miliaria OPIFICIIS nocent.* Nocent autem, dum exercent illa. Firmant certe *opificum exilia legitima in ruralibus uicis in primis SAXONICA IVRA* infe-

inferioris ac ultimae aetatis. ERNESTI ELECTORIS *con-* aduersus  
*stitutio* 1482. scripta est haec: *Der handwercker halben,* opifices  
*daß etliche Prülaten und von der Ritterschafft die hand-* paganos  
*wercker auf den dörfern halten und dem stätten ihre* an. 1482.  
*nahrung dardurch entzogen. Es soll niemands, welches*  
*standes, würden und wesen er sey, auf keinem dorfe,*  
*das darauf sonderlich nicht gefreyet (ab Imperatore aut*  
*principe audita ciuitate) keinen handwercksmann sezen*  
*noch sein handwerck einen tag da treiben lassen. Anders*  
*dann in einem dorfe, das den stätten über ein viertel we-*  
*ges entlegen. Da mag man, den armen leuten zu gute, ei-*  
*nen schmied und einen leinweber, doch der nichts an-*  
*dersdenn den armen leuten und grobe dinge zu ihrer noth-*  
*durfft arbeit, haben. Welcher dorfs herr anders verbienge,*  
*solle darum in unsere ungenade und straffe verfallen und*  
*die gemeine des dorfs in X. gulden zur busse. Quam an.*  
 1552. MAVRITIUS elector & an. 1555. septemuir AVGVSTVS  
 iterum Saxoniae subditis inculcauerunt serio uerbis  
 iisdem, poenaque transgressoribus statuta centum flo-  
 renorum. Plura eius generis decreta Saxoniae quoque  
 ducum aliorum congeffit BEIERVS vom *Zunftszwang*  
*cap. 3. & uniuersim de collegiis opificum cap. IX,* ubi ex  
 instituto, sed leui brachio agit de *opifice pagano*. Licet  
 enim sollicitus sit de *mensura miliaris* dem meyllen recht  
 atque de *solidorum* der gulden rationibus: tamen, praeter  
*Saxonica* instituta, fere haber nihil. Addi possunt MARS-  
 MANNVS in *miliographia*; ZIEGLER *de iur. maiest. lib. I. c. 43.*  
 MYLIVS aliique.

§. II. Iure MAGDEBURGICO *cap. 35. politiae §. 29.* pa- Edicta  
 ria leguntur: *Ein ieder handwercksmann solle sich in eine* MAGDE-  
*statt häußlich niederlassen: in denen dörfern aber keine* BURGICA  
*handwercker, dann schmiede, zimmerleute, bœtcher,* aduersus  
*schneider, leinweber und rademacher geduldet werden.* uicanos o-  
 pifices.  
 Postea an. 1688. edictum est: *daß sich niemand der mit* An. 1688.  
*bæckenwahren handelt, in den dörfern aufhalten; klei-*  
 nig-

- nigkeiten aber den armen leuten zu verkauffen denen krukern frey stehen solle. Porro an. 1697. cautum: daß kein pfuscher in sattler und riemarbeit sich auf den dörfern aufhalten solle. Iterum ao. 1712. daß auf den dörfern keinem leineweber frey stehen solle, ganze wüllene oder andere zeuge zu verfertigen. Tum an. 1712. exilia indicta uicaniis fabris ferrariis & horologiorum: ob suspicionem falsarum monetarum, quas promouerint eius generis artifices. Imo hodieque rigor aduersus opifices paganos ideo in his regionibus esse solet eo maior: quod ruri homines tributa soluant de agris; non de rebus, quas solent consumere. Vt adeo ab opifice uicano nulla fere accessio aerarii. Taceo urbium iniurias & metuenda decreta. Inde, plurimorum iudicio, e re publica esse uidebatur, ut opificum, superius enumeratorum, privilegia hodie in pagis non minus tollerentur. Verum an. 1715. rescriptum a principe: ut res haec suo loco relinquenda, usque dum aliquid denuo fuerit constitutum.

Praestantia lucubrationculae huius.

§. 12. Possem aliarum etiam Germaniae prouinciarum statuta & mores indagare: si quidem operae pretium esset, omnia habere in uno conspectu. Verum taedet pigetque fallendi otii. Nam legislatores ac iureconsulti, licet sentiant nobiscum uelintque ex uillis, uicis ac pagis opificia proscripita. Caecutiunt tamen in rationibus, glaucomate inuoluti Romani iuris solius. Nos primi uidemur illas hic rite indicauisse iterumque edidisse specimen, quam multum conferat causis etiam forensibus ius patrium &, patrii iuris lumen, historia ciuilibus.

FORVM in hac causa VRBIVM

(d) Sunt quidem opificia ex urbibus proscripita autoritate imperiali indeque hi limites iurium utriusque loci temere non mutandi aut conuertendi. Praesertim cum §. 5. ostensum; fuisse hunc morem antiquum teutonicalem, id est, Germaniae uniuersae. Quem igitur iudicem implorabunt ciuitates: si quidem ea in re passae fuerint iniuriam.

iuriam? Quod *provinciales* ciuitates (*die mittelbahren* <sup>a) provin-</sup>  
*landstättic*) non illico debeant confugere aut currere ad <sup>cialium.</sup>  
 suprema imperii tribunalia: illud hodie expeditum est  
 declaratumque lege imperiali. Partim, quod omnes uni-  
 uersim saltus prouocationum interdicti; partim, quod sigil-  
 latim in R. I. 1530. *Aug. tit. 39. §. 2.* cautum decretumque: *ut*  
*res ac iura OPIFICIARIA pendere debeant a principis aut or-*  
*dinum provincialium iudicio ac arbitrato.* Eius igitur ge-  
 neris lites inter *urbes & pagos* in iure collegiorum ac *opi-*  
*ficiarum* utrique parti relinquendae neque a principe  
 controuersiae hae diffecandae immature ex consilii ra-  
 tionibus; sed potius, audita utraque parte sufficienter,  
 recto iudicio aestimandae ac componendae idque ad nor-  
 mam iuris ac *moris teutonicalis*, ad quem ante secula plu-  
 ra extraneos quoque prouocasse, hoc quidem est, quod  
 §. 5. comprobatum luculenter. Contra, quibus res  
 est cum *ciuitate imperiali*; si quidem huic damna infe-  
 rantur a principe aut alio uicino per *opifices uicanos*, illos  
 reuereri oportet utrumque *imperii tribunal.* Vtriusque  
 autem in iure dicundo potestas est adfixa *moribus ac le-*  
*gibus patriae*; quos neque subdito migrare licet neque  
*arcopagitis*, rerum in imperio arbitris supremis.

## DIFFERENTIA II.

De HONORIBVS ac muneribus opificum.

**R**omano iure OPIFICVM artes *illibe-* I. R. OPI-  
*rales*, *fordida opificia* quaeque; *indigna ho-*  
 muneribus & honoribus perpetuo ex- *mine in-*  
 clusa. Adeoque opifices de faece uul- *genuo.*  
*gi seruatorumque collegae ac sodales (a).*  
 Ger-

I. G. illa  
honorifica  
coniun-  
ctaque  
cum ali-  
quo digni-  
tatis gra-  
du.

*Germanico iure opificum collegia ho-  
norigica, ehrbare zünfften und hand-  
wercker; donataque gradu quodam  
dignitatis. Vnde nomen der geschenck-  
ten handwercker. Hinc, prae aliis ci-  
uibus, habent praecedentiam & <sup>regedejav:</sup>  
audiunt magistri: tyrones, candidati  
initianturque ordine ac ritu singulari.  
Habiles sunt ad capeffenda munera iu-  
dicum, magistratum, atque officiali-  
um generis cuiuscunque. Arcent eiici-  
untque e suo consortio *seruos*; homi-  
nes infames; notatos macula leuis  
*notae*; adfectos iniuria & quae dede-  
coris notae generis eiusdem. Quid?  
quod *decori opificarii* tanta etiam su-  
perstitio & nimietas, ut facilius esse li-  
ceat *doctori, magistro, officiali* generis  
cuiuscunque; quam *sartori* aut *futori*.  
Quod ipsum pristinos mores sapit,  
nec quicquam sublatos uerbo ac offu-  
ciis alterius seculi (b).*

CAP.

## CAP. I.

## Iure Latii omnia opificia sordida.

(a) **V**trumque nobis ostendere potest locus TVLLII I. R. opificie artes libero homine indigne. unius lib. 1. officior. cap. 42. Iam de artificibus & quaestibus, qui liberales habendi; qui sordidi sint, haec fere accepimus. Illiberales & sordidi quaestus dignae. MERCENARIORVM omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur (die um das taglohn arbeiten; sonderlich die taglöhner). Est enim in illis ipsa merces auctoramentum seruitutis (ita ueteres Germani: wer von dem andern dinget, wird deß andern knecht). Sordidi etiam putandi, qui mercantur, quod statim uendant. OPIFICES omnes in SORDIDA ARTE uersantur. Nec quicquam INGENVVM habere potest OFFICINA. Minime artes probandae, quae ministrac uoluptatum. Quibus artibus aut prudentia maior inest aut non mediocris utilitas, quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, haec sunt is, quorum ordini conueniunt, honestae. Agricultura nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Haesit forte haec, ut pleraque alia in doctrina de moribus, ex Graecis. Nam ideo non licuit opificibus interesse ludis Olympiis. Quod habere uiderentur aliquid forditiel. Si credimus PHILOSTRATO in uit. soph. Isocrat. lib. 1. p. 502. Quem ideo probat, artem fabrilem non exercuisse; quia ideo non potuisset statuam habere Olympiae. Vti apud Graecos, quibus haec & alia plura Romani. Κυτὸς δὲ οὐτε αὐλοῦς ἐγίγγασκεν, οὔτε ἀλλότι τῶν ἐν ΒΑΝΑΤΕΟΙΣ. Οὐ γὰρ ἀν οὐδὲ τῆς ἐν Ολυμπία ἐκόνος ἐτυχεν, εἰ τι τῶν εὐτελῶν ἐργάζετο. Taceo ARISTOTELEM, qui lib. III. polit. p. 307. opifices ne dignatus quidem nomine ciuium. Quae Posidonio mens de opificum sordido ordine, illud exponit SENECA epist. 88. Quicquid sit, cum l. 3. collegia §. 2. D. de colleg. ostendat, In opificum ideo collegiis indulserui.

E

indul-

serui.

indulgentia ac pace suorum dominorum: omnino ue-  
rum est illud iure Latii, *opifices* personas fuisse inhono-  
ratis, inhabiles etiam, ut ad munus, cum dignitate,  
coniunctum, adspirarent. Vti habetur in *l. 12. si cohort-*  
*talis C. de cohort.* Neque obscurae huius instituti in  
Latio causae. Nam in republica militari soli *militēs* in  
honore ac laude; qui alia munera uilipendunt, ut soli  
regnent & appetant omnes militaria. Deinde tot ser-  
uorum in Latio agmina ac numeri satis fuere exercen-  
dis artibus sellulariis, ut ingenuis hominibus non esset  
opus. Quos ideo inuidis oculis sunt intuti, si classibus  
eorundem se aliquis, ex ciuium ordine, ingessisset. De-  
mum cum in bellis tot honestiores ciues perirent, in-  
tantum accreuerat *opificum* Romae multitudo, ut mul-  
totes motibus eorundem concuteretur respublica uni-  
uersa. Vnde consilia de suppressendis *opificum* colle-  
giis.

## CAP. II.

Teutonico instituto *opificia honorifica*,  
si quidem iura accepere collegii.

1. Germa- (b) **O** *Pificum* collegiis honores tributos esse a maiori-  
nico *opifi-* bus nostris, qui hodieque conseruantur; il-  
sum colle- lud quidem facile est ad probandum. Loquitur  
gia hono- primo lex *Henriciana* de collegiis *opificum*, urbibus adfixis  
rifica. cum honoris auctoramento. Quam exposuimus supra  
1) *L. Hen-* diff. *I. c. 3. §. 4.* Deinde nomen & epitheton *opificiorum*,  
rici aucu- quod *honorifica* (erbare handwercker) audiunt, neque  
pis. otiosum neque ludicrum. Praesertim cum talis *opifi-*  
2) adpella- cum adpellatio non uulgaris sit, uerum in curiis solen-  
tione. nibus usitata. Quibus accedunt schemata alia. Quod  
3) schema- aliqua *opificia* audiunt *munia* (*ämter*). Vti chirurgo-  
tibus ma- rum. Artifices *magistri*. Tribus *opificiariis* praefecti  
gistrabilibus  
alt-



*altmänner, prinzen, obermeister.* In ciuitatibus, praesertim imperialibus adspirant ad *senatoriam* usque & *consularem* dignitatem. Quod tenendum in illis etiam urbibus, ubi in senatum admittuntur nonnisi nobiles (*geschlechter*); quo iure utuntur Ulma, Augusta, Noriberga: ut etiam collegae habeantur opifices ex tribus diuersis. Quod maximum est, ex opificibus ipsis lecti quondam *scabini* & *praetores*. Quo ipso constat: illos ad *iudiciaria* munera non minus adspirare potuisse fuisseque, uti formula Germanica habet, *schopfenbare leute*. Momentosam exemplum attulit *praeses* in *miscell. tom. I. lib. 3. op. 1. p. 992. litt. u.* quod an. 1480. *Glorius Carlewizius* principio *scabinus*, post *praetor urbanus* Halae electus sit, qui tamen egerit coriarium.

§. 2. Hinc iure meritoque ab *opificiis* arcent iisque habent indignos *seruos; homines proprios; ipsos Venedos; illegitimos*; minus honorificos ab alterutro parente. Optima ergo iure requirunt a tirone *litteras natalitias, geburtsbriefe*, a iudice aut magistratu loci hac formula: *daß der knab von freyen und teutschen eltern, und nicht wendischer art, aus keuschen ehebett erzeuget und gebahren.* Nam quod in his regionibus olim *Venedis* iniectum iugum seruitutis; hos ideo habere solent indignos opificiis. Adde, quod si moribus antiquis uiueremus hodieque, ab *opificiis honorificis* filii eorundem essent excludendi, qui *opificia seruilia* tractarunt & macula ideo laborare uidentur paterna. Quales olim, fide *R. I. Aug. 1548. tit. 37. §. 1.*

1) *leinweber* 2) *barbierer* 3) *muller* 4) *schäfer* 5) *zolner* 6) *pfeifer* 7) *trompeter* 8) *bader*. Hos enim serius longe donatos esse *honestae* tribus aut *collegii iure* ideoque cum antiquioribus opificibus conferendos esse in honoribus nequaquam, existimarunt. Imo addit *lex imperialis*, horum filios non uniuersim ad *honestiora* opificia admitte-  
tendos; sed tum demum, ut uerba se habent, si educti

4) munus-  
rum pu-  
blicorum  
candidati

confu-  
tum,  
praeto-  
rum,

Hinc opi-  
fices Ger-  
mani non  
1) serui,  
2) proprii  
3) Venedi  
4) illegi-  
tими

5) seruili-  
um opi-  
ficiorum  
liberi.

a quibus  
distincta  
honorifi-  
ca, die ge-  
schenckte  
handwer-  
sker.

Quae di-  
scrimina  
hodie ces-  
sant.

Etiā in  
collegiis  
nouissi-  
mis.

Num iure  
prohibe-  
antur opi-  
ficiis foe-  
minae?

ac praediti sint moribus honestis. Dicuntur uero opi-  
ficia, principio statim *honorifica, geschenckte handwercker*.  
Id est donata honore ac dignitate. Vt frustra sint, qui  
causam nominis requirunt in *hospitalitate*. Cur autem  
superiora illa officia aliquandiu exclusa sint iuribus col-  
legii, illud diuersas omnino causas habet in opificiis di-  
uersis. Aliis non opus fuit in urbibus, quae collegio-  
rum horum causae, uti *pastorum, molitorum, telona-  
riorum*: aliis purgandae aliorum sordes, opere parum  
honorifico, uti *balneatorum & barbitonorum, non chi-  
rurgorum*, quorum fors est omnino *liberalis*: aliis ob-  
fuerunt ministeria uoluptatum, uti *tubicinibus, die gemei-  
nen dorfpfeiffer und fiedler*. Quorum numeris iterum  
artis *musicae periti* nequicquam debent comprehendere,  
quorum *ars accensita* omni aeuo *liberalibus*. Hodie tamen  
postquam pleraque haec ipsa etiam *opificia* accepere *iura  
tribuum & collegiorum* (*dass sie zunftnüssig und zünfftig*):  
frustra omnino illis infamiae, dedecoris aut sordium nota  
solet inuri. Tam ab aliorum generum *opificibus*; quam  
ab hominibus fortis cuiuscunque alius. Adde, quod  
hodieque *nouae* subinde *exsurgere* soleant *opificiorum tri-  
bui*, si uel seculum nouas producit res operasque, ut *tex-  
tores capillaturarum* (die peruquenmacher), quibus in his  
locis *tribunitia iura* indulta annis superioribus uel si ex o-  
pificio quandoque uno exurgunt diuersa, exemplo *mura-  
riorum & regulariorum* (der mauerer und ziegeldecker)  
qui in his locis *diuersa collegia* habent diuersasque tribus:  
quae alibi uti solent uno eodemque. Vt *murariis* etiam  
fas sit, facere & reficere tecta. Quo ipso certum est,  
*collegii nouitatem* illius dignitati nec quicquam obesse.

S. 3. Sed quo iure ab *opificiis* arcent *foeminas*? Di-  
cam. Quia illae excluduntur a *muneribus & collegiis*, qui-  
bus opifices iam cohonestati, iudicio imperiali. Porro  
quare satis non est, *artem callere*? Sed opus porro hanc  
ad

ad regulas ueterum magistrorum dedicisse? Certe ne-  
 que olim *magister* aut *doctor* adpellatus, nisi eductus in  
 academiis, initiatus *depositione*, transacto academico  
 pennialismo, cetera. Et quae confusio, si quilibet, ob  
 leuia artis tirocinia & elementa, cooprandus in nume-  
 rum *magistrorum*, collegio honoratorum

qui non  
 posuere  
*tirocinia?*

§. 4. Pergo ad illos, qui, ob *iniuriam* illatam, forte  
 innocentissimi, a collegiis opificum eo arcentur, us-  
 que dum eam uindicauerint. Inculsa quaeso! legestor-  
 neamentarias ideo, quod prohibent ab olympicis istis  
 ludis iniuria adfectos (*bescholtene mannen*). Rerum  
 ignari hoc aegre ferunt. Nam olim moribus regni in-  
 dulta uindicta priuata. Iniuriam igitur passus uel agere  
 debuit in foro uel exercere priuatas uindicias. Si neu-  
 trum fecit, uenit in suspicionem reatus criminis obiecti.  
 Ideoque summo iure exclusus collegii honorifici confor-  
 tio. Haec plana sunt rerum iuriumque antiquorum per-  
 itis. Vulgus iureconsultorum non meretur confutari  
 in errore manifesto. Quid igitur hodie? Postquam uin-  
 dicta priuata sublata est, publica restat. Hanc si horru-  
 erit iniuria adfectus opifex, incurrit in cirmen suspecti  
 habeturque iure meritoque *opificiaria tribu* porro illi-  
 gnus. Summatim *infamia* in opificibus non aestimari  
 debet ex iuribus Latii: sed ex antiquo more ac iure Ger-  
 manorum. Cessant tamen haec in *muneribus* aliis. Ut  
*doctori, magistro* nulla, ex iniuriarum christiana patien-  
 tia, labes. Scilicet homines eruditi & iura Romana docti  
 reguntur legibus *Latii*; contra *opificum collegia* stant mo-  
 re antiquo patriae. Quod cum ita sit, uerum est illud  
 paradoxon: *posse, macula priuatim notatum aut adfectum*  
*iniuria, adspirare ad munera suprema in ciuitate militiaeque,*  
*fieri ducem, consulem, consiliarium & praetorem: sutorem*  
*uero aut sartorem ita neque fieri posse neque factum persiste-*  
*re. Quod primi, per Latii iura, indulgentiores sint alteris;*

*Iniuria*  
*adfecti?*

qui ueterum Germanorum instituta retinent sequunturque.

De opifici-  
cvm sigil-  
lis, clypeo,  
legibus,  
responsis.

§. 5. Non hoc satis est. Nam *tribus opificiorum* gaudent quoque utunturque *sigillis singularibus; aerario; moribus; statutis*. Iuxta quae causas opificiaras suo iudicio aestimare possunt atque decidere. Quorum decreta & sententiae (ihre parere) eam propemodum habent vim, quam responsa ipsa Istorum. Ut adeo his quodammodo similes esse, uideantur.

## DIFFERENTIA III.

De iuribus *plurium* collegiorum.

I. R. nefas,  
VNVM  
PLVRIBVS  
adscribi  
COLLE-  
GIIS.  
I. G. fas  
omnino  
est.

**I**vre R. nefas, PLVRIVM collegiorum ac munerum esse COLLEGAM, ob metum & pericula turbarum & diffidiorum (a): G. I. cum ultima pericula non sint, frustra hae leges illis opponuntur, qui in patria uel OPIFICIA plura colunt uel MVNERA plura consequuntur (b).

I. R. qui  
nemo in-  
terfuerit  
PLVRIBVS  
collegiis?

(a) Clare hoc dicit definitque *l. mandatis i. D. de collegiis & corporib.* uerbis, quae sequuntur: *non licet amplius, quam VNVM collegium licitum habere. Ut constitutum a diuisis fratribus.* Eodem autem, nisi maiori rigore, Iustinianus in *l. his quidem s.* atque *l. ult. C. qui militare possunt uel non possunt*, prohibet: *ne quis habeat duas MILITIAS; ne MILITIAM & MVNVS civile simul: sed, uno relicto, colat alterum. Neque contra ualere debeant impe-*

*imperiales codicilli. Nisi forte praeses prouinciae factus, obtinuerit; ut sibi gradus seruetur in militia.* Haud dubie ita constitutum fuerat I. R. quoniam res publica Romana identidem concussa motu ac turbis collegiorum. Qui ita cauendi quodammodo erant: ne unus plura regeret collegia essetque in nouarum rerum studio eo potentior. Praeterea alias causas prodidit ius canonicum: ne quis plures praebendas adfectaret per auaritiam; imo distraheretur curis plurium sacrorum munerum, quibus singulis singuli uix facerent satis *cap. 3. quia nonnulli X. de cler. non resid.* Quid ad haec Germani? BRVNNEMANVS certe ad *l. 1. D. de colleg. & corporib.* atque *cent. 2. decis. 6.* & RICHTER *dec. 80. n. 36.* existimant: nos iure uti hodieque eodem. Quod unius in diuersis collegiis loca causam dent *litium ac confusionum*, ut putant, omnino euitandarum. Deinde, quod ita distrahant animum collegae, ne uni possit eundem infigere prorsus. Post quemlibet *opificem* contentum esse debere uno opificio, ne aliis uictum praecipiat, SCHILTER ad *D. comment. exercit. 49. §. 53.*

(b) Recte meo iudicio CARPZOVIVS in *decis. 194. li. I. G.* qui tem hanc definit: *patrio iure nefas non esse, plurium collegiorum ac munerum esse socium & administrum.* Pro- uocat iure consultus ad *obseruantiam* quotidianam; *dass die allgemeine obseruanz bezeuge, dass EINER in ZWEYEN COLLEGIIS sich gar wohl befinden koenne.* Aut, quod fere idem; *dass einer nicht mit einer oder mit mehreren zünfften halten moege. Wie viele apotheker und gewürzkramer oder auch zuckerbecker.* Et licet SCHILTERVS sequatur in *l. c.* leges Latii prohibitiuas, addit tamen: si unius muneris salarium adeo tenue ac uile, ut uiuere inde nequeat administer; tum iniquum non esse, plura demandare curae unius. Licet talia faciant ad prudentiam ciuilem, propriam, cuique reipublicae, ut una  
ne-

iure ca-  
nonico.

VNI locus  
in PLVRIV-  
BVS colle-  
giis ac mu-  
neribus?

nequeat regulis adstringi alterius. Quod ultimum iudicium etiam mihi ad palatum; sed firmandum ulterius ex diuersis diuersae reipublicae rationibus sigillatim. Nam in *Latio* munera gratuita; nobis uero illa non nisi *stipendiaria*. Hinc *Latii* officia alit fere bonos solius: nostra uero gaudent *salariis*. Quae respondere debent tam *impensis*, necessariis ad *uictum* & cultum, quam etiam *operis*. Si igitur si uel *prima* minora sunt uel *ultima* multum otii relinquunt rerum administro, ne uel hoc fallat uel uiuat in ops, omnino e re esse uidetur, plura uni eidemque committi ac deferri. Quoniam Germanici *officiales* id quidem requirere solent quodam iure: ut uiuere queant salario neque opus sit, consumere proprios redditus. *Es will, in herren diensten, niemand das sernige verzehren.* Quid uero? si unus pluribus officiis non suffecerit; *si ad utrumque festinet, neutrum bene peragat; si credi nequeat, unum sufficere duabus rebus necessariis; die einen eigenen mann haben wollen?* Tum certe indulgentia haec non tolli debet; sed restringi; ne, hoc rerum statu, unus gerat magistratus plures, ut praecipit *l. ult. pr. §. 1. C. de adfessoribus & cancellariis iudicum*. Verum urgent hic Germanici etiam iuris *paræmiam?* *vierzehnen handwerker, sechszeihen unglück.* Verum haec loquitur de eo, quod *consultum*; non uero, quod *iustum*. In qua ramen arena nostrum uersatur argumentum. Aliter HERTIVS *lib. I. paræm. 120.* qui utrumque turbat ac miscet. Addo, quod hodie *opificiorum & nundinationum* numeri adaugeantur atque ex uno multoties exurgere soleant *plura?* Cuius instituti exempla dedimus *suprap. 36. 39.* Quapropter etiam ideo praestat, discedi a pristino rigore. Vt ex unius *fabri* manu prouenire queant *horologia, ferrae, tubuli igniuomi*: licet nostris institutis alia atque alia collegia sint *der schmiede; schlæsser; uhrmacher; büchseumacher.* Summatim: iure Germanico

nico nefas non est, pluribus *muneribus* praefici unum aut unum *opificem* plurium esse contribulem: dummodo utrumque non dissuadeant rationes *singulares*. *Probandae*; non credendae aut *praesumendae* temere iure Germanico, alieno hic a legibus Latii.

## DIFFERENTIA IV.

De cultu *agriculturae*.

**R**om. I. AGRICVLTURA inter artes omnino LIBERALES; cuius *militēs ac ciues* Romani fuerant studiosissimi. Quod ager Latii fertilis & foecundus (a). *Germ. I. agricolae* infimum genus hominum, postponendum longe etiam vulgaribus *opificiis*. Quod solum Germaniae sterile & durum, perfringendum, nouandum, iterandum & foecundandum, nonnisi improbo labore. Qui *seruos* magis decet; quam manus *liberales* (b). Hinc I. R. *fruges* pars fundi; contra I. G. illi uindictantur, qui praestitit operas finiuitque, agris rastro subactis (c).

I. R. AGRICVLTURA  
praelata  
opificiis.

I. G. postposita  
illis.

(a) Sufficiat unicus testis CIGERO l. I. officior. sub finem: *Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est AGRICVLTURA melius; nihil dulcius; nihil*

I. R. qui  
AGRICVLTURA  
inter artes

INGE-  
NYAS?

*hil homine LIBERO DIGNIVS.* Concinunt ea in re *PLINIVS; COLVMELLA; VARRO; CATO* atque rei rusticae scriptores omnes: ut superfluum sit, occupari in locis auctorum indicandis. Quos ex instituto, post alios, congestit *Wolfg. SEBERVS cap. 3. de dignitate agriculturac.* *GRAVINA iur. ciuil. cap. 9. de tributis rusticis.* Exempla non desunt militum & ipsorum imperatorum, qui uel tractarunt aratrum in pace uel ab aratro auocati & accersiti ad fasces consulares, honores curules, purpuram ac diadema. Causa facile patet cultioris Italiae incolis & peregrinatoribus. Nam est illa regio, de qua poeta: *ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.* Solum, ibi semel aratum, non negat fruges. Neque opus est, ut fimo praegnetur ac emolliatur. Arborum ibi fructus uere naturales sunt, quod hominum industriam non requirunt. Quapropter fruges habentur instar *accessorii* fundorum; quibuscum transire solent in quemcunque possessorem.

Id G. qui  
agricultu-  
ra penes  
seruos?

(b) Docet nos utrumque hoc *TACITVS de M. G.* Nam *cap. 2.* ita arguit: *Quis Italia relicta, Germaniam peteret? informem terris; asperam caelo; tristem cultu asperaque.* Et *cap. 5.* *terra in uniuersum aut syluis horrida aut paludibus foeda.* Neque aliud iudicium *SENECAE cap. 4. de prouid. perpetua* illos hiems; *triste coelum premit, solum sterile,* cetera. Ideoque *TACITVS cap. 25.* addit: *quod seruis relinquunt agriculturam.* Et *cap. 26.* quod ideo opus sit; *arua per annos mutare, ne ager, quotannis confertus, reddatur inanis.* Hinc opus ei quiete. Non errauit; qui de *agricultura Germanorum* tulit iudicium hoc; eius demum cultores intelligere ueritatem edicti diuini: *in sudore faciei manducaueris panem.* Italiae enim ruricolae fere in otio ruri agere; Germanos solos in sudore ac operis adfiduis. Inde *agricolarum* apud nos infima fors, praedita; neque opibus neque dignitate. Olim  
seruo.



seruorum; hodie adscriptitiorum glebae uel censibus ac tributis maximis. Quibus, post uitam & uestes, parum aut nihil superfit. Vnde merito opifices illis debent anteferri & instar dedecoris & probri, *opificem tractare aratrum* & ideo agere in ruralibus uicis.

(c) Romana iura hic manifesta sunt; quod fruges fundi pars cedantque eius domino; non heredibus usufructuarii, praestitis licet ab illo operis *l. 13. si fructuarius D. quibus modis ususfructus amitt.* Cuius tamen hereditibus restituendas *impensas seminis ac culturae.* Quod non lex dicit; sed fingit aequitas doctorum, BACHOVIVS ad §. 37. *Inst. de usufr.* CARPZOVIVS *part. 3. constit. 32. def. 1.* Nam per Latii iura tales impensae, quod modicae sint, uix curantur a praetore. Ex *aduerso* Germanica instituta habent *fructus* pro accessorio iure *operarum.* Inde SPECVLATOR *Sax. lib. 2. artic. 38. Was die egde losnehm und hache bedeket, das folget den erben. Si post sementem factam & rastris subactam decesserit usufructuarius, fructus, etiam nondum natos, ad heredes cum transmittere.* Quo iure in Germania utimur hodieque, ubi Latium non expunxit patrios mores. Quam utriusque iuris differentiam agnoscit quoque HERTIVS *lib. 1. paroen. 20.* Scilicet, quoniam in Germania sementes & operarum impensae alteram frugum partem uel aequant uel superant. Ut adeo sperni aut negligi nequeant in nostris tribunalibus. Est igitur causa iterum manifesta iuris diuersi. Quam primus olim iam docuit pleniori filo PRAESES *tom. II. miscell. lib. 4. op. 6. diff. 1. p. 1227. sqq.* omnino hic utiliter consulendus.

I. R. qui fructus fundo; I. G. operis cedant?

DIFFERENTIA V.

De opificum STATVTIS.

**R**om. I. opificum collegiis hoc datum; ut STATVTA conderent, auferent

I. R. qua STATVTA a COLLEGIIS?

F 2

gerent

gerent illa, deminuerent, corrigerent emendarentque, pro arbitrato. His uiuere oportuerat collegas ac contri-  
 bules. Dummodo nihil ex *publica lege* corrumperent sua pactione. Deinde opificum statuta I. R. neque principem auctorem habuere neque obligarunt opifices extraneos, foris. Vnde opinabile est: *eiusdem opificii* confortes non ideo iisdem usos fuisse legibus, nisi essent de collegio eodem (a). Verum iure *Germanico opificiarum* iuris *concentus* unus ac idem per Germaniam uniuersam. Vt, quam etiam in diuersis locis ac collegiis uiuant opifices, eodem fere more ac lege regantur. Vnde admodum credibile; opificum statuta inter LEGES IMPERII referenda, quae in comitiis nata, non in opificinis singularium prouinciarum. Quae forte causa est: *quare neque opificum statuta* recentiora I. G. obli-

I. G. qui  
 statuta  
 opificia-  
 ria pen-  
 deant a  
 PRINCIPE?

sup. R. I.  
 STATUTA  
 S. I. C. O.  
 S. I. C. O.

gerent

R

obli-

*obligatoria sint, nisi a principe firmen-  
tur fiantque sic legitima (b).*

(a) Controuertunt inuicem iudices ac interpretes: I. R. qui  
quid sentiendum de opificiaris statutis? Alii collegiis opi-  
ficum hoc dant; ut eondant statuta obligentque ita con-  
tribules: negant illis hoc alii. Qui fontem omnis iuris  
agnoscunt non nisi principem. Igitur statuunt, opificia-  
riis statutis ante nullum robur; quam a principe, legis-  
latores, fuerint rata habita firmataque. Inde diuortia ite-  
rum in forensibus sententiis, alia certe ratione non com-  
ponenda, quam ex utriusque iuris differentiis. Nam  
*iure Romano* hoc datum est omnino collegiis opificum  
instar praecipui: ut conderent statuta, non tamen aduer-  
sa iuri communi, quod definit *l. ult. D. de colleg. & corpo-  
rib. Ian. Vinc. GRAVINA ad LL. XII. tab. n. 45.*  
Imo in *l. 2. receptitia §. fin. C. de constit. pec.* iubet  
imperator, attendi illis iurium formulis, quas sibi fece-  
runt constituerintque negotiatores. Idque secundum morem  
adhuc obtinentem. Hinc forte diuersis opificum colle-  
giis dati iudices peculiare, ut ius dicere possent ex opifi-  
ciariis statutis, in iure communi forte ignoratis. Quo  
sensu mihi accipienda uidetur *l. ult. C. de iurisd. omnium  
iud.* Hoc cum ita sit: rectum iudicium BALDI *cons. 117.  
n. 7. ALEXANDRI vol. 5. cons. 33.* aliorumque ueterum &  
recentiorum iuris Romani interpretum: statuere & sta-  
tutis obligare posse opificum collegia; neque opus esse prin-  
cipis aliqua confirmatione. Quibus calculum quoque  
adiicit Ant. PEREZIVS in *Cod. XI. 13. n. 8.* Liberae ergo  
manus in *Latio* collegiis opificum. Idque uel *legislato-  
ris* intuitu, qui statuta eorundem lege iam habuit rata.  
Dum iisdem, iura eondendi, tribuit indulgentiam pote-  
statem. Vel *collegiorum* aliorum: quod instituta unius  
non obstrinxerint mores alterius. Sed quodlibet uixe-  
rit

rit steteritque suo solius arbitrato ac facto. Neque enim offendimus illud; Romae a collegiis statuta obligauisse extra urbem alia in aliis prouincijs, licet fuerint *opificii* eiusdem. Vti *futorum, sartorum, fabrorum* formulae ac iura sunt quidem eadem per Germaniam uniuersam.

M. G. qui  
collegia  
opificum  
STATVTA  
condere  
nequeant,  
sine CON-  
SENSV LE-  
GISLATO-  
RAS?

(b) Sentiunt nobiscum iureconsulti patrii fere omnes; sed ignota illis ratio huius *differentiae*. Ad CONSVETVDINEM igitur solam prouocant: in *Germania nostra opificum statuta, nullum punctum aut nomen mereri; nisi quae confirmata sint principis aut superioris auctoritate.* Ita *Matth. STEPHANI lib. II. de iurisdic. part. 2. cap. 8. n. 28.* WESENBECIVS eiusque interpres HAHNIVS ad *tit. D. de LL. RICHTER decis. 80. n. 44.* CARPZOVIVS *lib. I. respons. 48. n. 12.* ex iisque *Adrian. BEIERVS de iure opificiar. cap. 6. §. 2. n. 326. sqq.* Nam OPIFICIARIA STATVTA iuri imperiali in *Germania nostra* deberi, non uero *priuatis opificum institutis*, plura argumenta sunt. Prouocant ipsi *opifices* ad hanc AVCTORITATEM IMPERIALEM. *Die in-nungs-artickel hätten sie vom Kayser und reich, und meech-zen abnen dannenhero weder geschmählert noch entzogen werden.* Deinde in *nouissimis* etiam comitijs multoties *de iure opificiario* actum: igitur opinabile est, illud olim quoque inde prouenisse. Specimina habes in omnibus constitutionibus facientibus ad *Germaniae politiam*, utpote in *R. I. Aug. 1530. tit. 39. §. 1.* & iterum *Augusti 1548. tit. 36. 37.* porro *1551. §. 83. 84.* itemque *1559. §. 75.* deinceps *1566. §. 178.* tum in *R. I. Spir. 1570. §. 52.* praeterea in *Ord. polit. Francofurt. 1577. tit. 15.* post in *R. I. Ratisbon. 1594. §. 123.* & nouissime *ibidem 1654. §. 106.* Post cum ple-  
raque *opificiaria statuta* pulcherrimo concentu conspi-  
rent per *Germaniam uniuersam*, fieri non potuit, illa auctores habere diuersos, id est, collegia & prouincias diuersas, sed ex uno fonte prouenisse, *constitutione imperiali* aut, quod supra *diff. I. cap. 3. §. 5. p. 22.* FRANCO-

Caesaris  
& impe-  
rii.

NIAE

NIAE & TEVTONICALI. Praeterea cum *opificum* haec col-  
 legia gaudeant schematibus imperialibus aliis; utpote  
 iure *sigillorum*; credibile est etiam *leges* illis adscriben-  
 das. Tum, ab aliquot inde seculis, usu quodam receptum:  
 ut unius opificii collegia diuersa in diuersis etiam pro-  
 uinciis foedere quodam inuicem cohaereant: causamque,  
 si quid mutatum temere, facere soleant; communem.  
 Quod non fieret, nisi iuris quodam communi uinculo  
 essent colligata. Denique si in *uno collegio* suborta fue-  
 rit aliqua iuris *dubitatio*; non solum consuli solent alia  
 omnia per Germaniam uniuersam; sed etiam maiori  
 parte eorundem res conficitur ac definitur. Certo ite-  
 rum argumento; eadem omnium statuta esse unius legis-  
 latoris. Taceo illa, quae de Henrici auctoris instituto  
 diximus supra *differentia I. cap. 3. §. 4.* Licet non ausim,  
 omnia huic principi deferre. Nominant quidem alii  
*opificarii* huius *iuris* largitores FRIDERICOS uel *primum*  
 uel *alterum*. Verum faciunt hoc sine testimonio aut te-  
 ste. Quicquid sit, nobis illud satis est; *opificaria iura*  
 non, quod in Latio factum, *opificum* collegiis ad-  
 scribenda: sed *iudicio imperiali*. Hoc cum ita sit, plura Confesta-  
 putauerim inde clare definienda. *Principio* magistratui ria iuris.  
 aut principibus religio sit; mutare pristini *moris opifi-*  
*ciarii* apices ullos. Ne peccare uideantur aduersus au-  
 thoritatem imperialem. Certe momentosum est comi-  
 tiale decretum WORMATIENSE HENRICI VII. *regis Rom.* 1237.  
 Quod exhibet Laur. FRIESE in *Chron. Würzb.* c. 40. §. 12.  
 p. 557. his uerbis fere conceptum: *est nec ciuitatum ne-*  
*que principum, instaurare OPIFICVM COLLEGIA aut uertere in*  
*alium statum, nisi consensu imperiali.* IMO REFORM. POLIT.  
 Aug. 1530. tit. 39. §. 2. clare ac definite: *Einer ieden obrigkeit,*  
*die regalia hat, unbenoumen, die handwercks-ordnung einzu-*  
*ziehen, nach iedes landes gelegenheit; aber in keinen weg zu*  
*erhoehen.* Deinde cum opifices omnes per uniuersam  
 Ger-

Præfer-  
tim: ne  
OPIFICVM  
collegia to-  
lerentur  
in PAGIS.

Quid de  
NOVELLIS  
OPIFICIA-  
RIIS?

Quid de  
instituti-  
s ANTIQVIS?

Germaniam communi iure regantur; nefas non esse, ut, si in una prouincia aut urbe aliquid commutatum temere, omnes faciant causam communem præbeantque alicubi oppressis sociis manus auxiliatrices in tribunali- bus imperii. Post requiri principis aut superioris con- sensum in *novellis*, non uero in statutis antiquis, firmis pridem auctoritate ac *usu imperiali*. Hinc graue & ini- quum: si princeps collegiorum aut opificum iura, ha- ctenus *urbibus* solis adfixa, indulgere uoluerit etiam *pa- gis* aut hominibus *uicinis*, cum iniuria & urbium & opi- ficum. Effet enim hoc idem, quam uiolare IMPERIALIA STATUTA, usu probata tot seculorum per Germaniam & eius uiciniam uniuersam. Quo ipso in mores iuit: *legis opificariae* uiolatores ulcisci quosuis, etiam extraneos, per omnes Germaniae prouincias. Eo quidem modo: ut eorundem *boethos* notent macula reprobentque, *sie treiben alle gesellen, die bey einem dorfcuister gearbeitet, auf; nehmen von selbigen keinen gruß an; respectiren ihre lehr-brieffe gar nicht* & quae alia sunt generis eiusdem. Quae oranino improbanda ac punienda essent, nisi iure opifices regerentur, *imperiali* iudicio confirmato per uni- uersum imperium. Interim quae *opificario iure* aut *ob- seruantia* communi definita non sunt: illa pendent omni- no a *principe* aut rerum *domino* cuiusque prouinciæ, nec- quaquam ab auctoritate *opificum collegii*. Cui, iure pa- trio, potestatem statutorum condendorum omnino ne- gauimus. Hinc *opificum nouellae* ante non obligant alios: quam ratae habitae sint firmataeque principis *iudicio, no- mine, sigillo*. Neque alienum ab aequitate etiam hoc est, ut, instar aliorum priuilegiorum, a nouo subinde suc- cessore instaurentur. Verum neutro opus est in illis, quae MORIS antiqui TEVTONICALIS, *was durch ganz Teutschland HANDWERCKSBRAVCH ist*. Nam haec legi- bus ac consuetudinibus imperii accensenda; non priui- legiis,

legiis, intermorituris cum largitore. Ne tamen isthuc referantur abusus, etiam PRISTINA STATVTA (die alte Innungs-artickel) princeps aut rerum dominus potest uocare sub examen per administratos curiae ciuilibus aut feudalis. Quo pertinet RESCRIPTVM REGALE 1715. *die reuision der Innungs-artickel ieden ortes von der landes-regierung oder lehnscurie vorzunehmen.* Caueant tamen etiam tum rerum arbitri; ne mores patriae antiquos migrent, spernantque saepius illa, quae maiores cum ratione constituerunt, quam illi non penetrant, quorum oculi obducti multoties glaucomate legum Latii. Hoc lumine collustrauerim illa, quae *Adrianus BEIERVS de opificio iure* ex instituto scripsit definiuitque in singularibus libellis. Qui multoties in labyrintho uersatur uagaturque filo Ariadnaeo patrii iuris ac moris destitutus.

## DIFFERENTIA VI.

De POENIS collegii opificum illiciti.

**I**ure Rom. acerrimae statutae sunt poenae illis, qui, priuato instituto, inirent collegia, praesertim si illa ante prohibita fuerint lege, adpellata ideo *illicita* (a). I. G. a duritate illa discedendum & agendum remissius in republica, unde tanta pericula non sunt ex turbis hominum priuatorum. Praesertim si collegia ab hac suspicione alienissima (b). Contra si subditi

G

ad-

aduersus principem coeant, caufamque, quae est singulorum, reddere uelint communem atque ideo collegia inire & cogere foedera, pristina omnino standum feueritate (c).

I. R. colle-  
gia qui  
PROHIBI-  
TA poena  
publicae  
uolentiae,  
perduellio-  
nis, laesae  
maiestatis?

(a) I. R. clare dicitur in *l. 2. D. de colleg. & corporib.* *Quisquis illicitum collegium* (siue prohibitum siue non indultum a republica) *usurpauerit: ea poena tenetur, qua tenetur, qui hominibus ARMATIS loca PVBLICA uel TEMPLA occupasse iudicati sunt.* Quam poenam definit *l. 5. quisquis C. ad L. Iul. maiest.* id est ultimum supplicium & confiscationem bonorum. Causa grauitatis in delicto laesa securitas publica per turbas & iniurias illatas principi, ut explicat *l. 1. proximum sacrilegiis ad L. Iul. maiest.* Hoc enim sine prohibita *conuenticula* extra ecclesiam in priuatis aedibus celebrata, poena proscriptiois & publicandae domus *l. 15. conuenticula C. de episc.* Imo, ne in ipsis *templis* tumultus ac seditiones, quies in illis pariter statuta, sancito *ultimo supplicio* aduersus turbatores in *l. 5. denunciamus C. de his qui ad eccles. confugiunt.* Vnde certum est, illicita collegia haberi *pro ui publica* instar *perduellionis*, FARINACAVS *qu. 113. n. 230.* Ob hanc igitur sublata esse multoties *opificum collegia* in urbe, ostendimus supra *diff. I. cap. 1. §. 8. p. 13.* Quod hodie non potest facile euenire, cum in nostris urbibus non ea incolarum multitudo, quae olim Romae neque homines ita proni, ut olim, ad turbas & perduellionem.

I. G. qui  
ab hoc ri-  
gore DI-  
SCEDEN-  
DVM?

(b) Cum sententia iureconsultorum sit haec; *non eo rigore punienda hodie conuenticula, qui olim statutus iure Romano: displicet hoc SCHILTERO in exercit. 49. §. 56.* Putat enim & olim & hodie poenam aduersus *conuenticula*





*cula arbitrariam esse, extendendam, pro facinoris atrocitate, ad ultimum supplicium.* Verum enimvero uti nemo negat, patriam rempublicam, *collegiorum motibus*, non ita concuti ac perturbari, uti olim querelae in re publica Romana: ita ferrum hic quodammodo debet retundi. Turpe dictu, inter hominum christianorum confortia, ad quae colenda nos excitat *apostolus*, fuisse homines, qui ex huius generis legibus Romanis uirus, enssem ac ignem euomuerint in collegia, PIETATIS ergo, ante septem lustra instituta in Saxoniae urbibus ac oppidis diuersis. Nugigeri libelli, qui tum prodire de *illicitis collegiis ac conuenticulis*. Et, si quidam homunciones, quasi numine acti, conuenerint edixerintque plura, indigna coetu; quis quaeso! prudens, ob effusas gerras aniles, capitis damnabit simplicem ac miseram plebeculam? Iam olim MENOCHIVS *de arbit. quaest. lib. 11. cas. 595. n. 2. sq.* atque *cons. 28. considerari debent personarum qualitas* (si clerici inermes & timidae mulierculae) *congregationis causa* (non turbae, sed preces, sed hymni) & *effectus* (uitae ac morum emendatio). Omnia haec si a labe ac suspicione motuum ac perduellionis aliena, improbum & immane est; sanctiones urgere legum Romanarum. Quod etiam agnoscit *b. m. Sam. STRYKIVS in usu moderno Lib. XLVII. tit. 22. §. 3.* Illa autem animaduersio etiam feuerior locum habet, in eos, qui *opificum collegia*, decreto imperiali dudum proscripta, alere, instituere aut colere uelint in *pagis* aut *uicis ruralibus*. Qui omnino grauiter peccant in *ciuitates* ac *leges imperii*, quibus impune non debent obstrepere & alteri inferre iniuriam.

(c) Definiunt hoc praecipuntque LEGES IMPERII: I. G. tamen subditorum colligationibus & conglutinationibus, praesertim in oneribus reipublicae declinandis, aliquid indulgeatur. Constitutionem FRIDERICI I. recenset RA-

G 2

DEVI-  
LEGE se-  
uera.

Vilho:  
A. d. d.  
Praefertim in collegiis ADSCETICIS, pietatis ergo institutis?

*Frider. I. DEVICVS lib. 2. c. 7. quam oratione ligata includit recitat. que GVNTHERVVS lib. VII. vers. 236.*

Ne conuenticula . . . . . fiant

siue fodalitii seu iuncti SANGVINIS ASTV.

Ne scilicet *agnati, cognati, adfines* sibi, hoc *sanguinis* te-  
gumento, manus praeferant auxiliatrices, causamque,  
quae singulorum, faciant communem & iunctas vires,  
principi opponant aut reipublicae. Poenas certe, per  
iura Latii statutas, repetit, sed temperat aliquantum im-  
perator idem 2. F. 53. §. 2. statuitque in transgressores pu-  
blicationem bonorum. Quo etiam respicit AVR. BVLL.

Caroli IV.

In R. I.

1512.

tit. 15. §. 1. Damnant idem in subditis leges imperiales  
aevi recentioris. Quorsum referre lubet R. I. Treuir. 15.  
12. §. 15. aduersus subditos perfugas, *die raunig werden.*  
Et porro *wider ihre landes-obrigkeit zusammen lauffen,*  
*verbezungen und widerstand wider ihren landes-herren*  
*anzurichten*, qui facinore notantur eodem in R. I. Spir.

1526.

1529.

1530.

1526. §. 5. 6. 7. Recess. Imp. Spir. 1529. §. 14. 15. R. I. Aug. 1530.  
§. 70. 71. Et, ne imperator in conuenticulis subdito-  
rum aduersus principem, iusto fit indulgentior suscipiat-  
que eorundem facile querelas, inde a temporibus PRI-

Caroli V.

Caroli VI.

MAE CAPITVLATIONIS, quae est *Caroli V. artic. VII. ad*  
nouissimam *CAROLI VI. artic. XV. claris uerbis cautum:*  
*Die landesstände und unterthanen gegen ihre landes-obrig-*  
*keit zum schuldigen gehorsam anzuhalten. Die landsassen*  
*in gemeinen bünden, unter dem praetext der obristen lehns-*  
*herrschaft nicht zubefreyen. Nicht zugestatten; dasz sol-*  
*che widerstehstige, ohne der landesfürsten vorwissen oder*  
*beavilligung, CONVENTE anstellen mægen. Vielmehr alle*  
*VERSTRIKUNGEN und ZVSAMMENKÜNFFTE der untertha-*  
*nen, wes standes oder würden die seyn, aufzuheben. Auch*  
*den churfürsten und fürsten zu zulassen, mit adlistance der*  
*benachbarten stände, ihre unterthanen zum gehorsam zu*  
*bringen. Satis, puto, intelligitur ex his sanctionibus,*  
roties

toties in S. R. I. repetitis ab ipsoque imperatore, fideiurata, confirmatis, seuere prohibita esse subditorum ac uasallorum, hominum malefactorum, aduersus principem conuenticula & colligationes, necquicquam uero, sub *Germanicae libertatis* tegumento, indultam illis eius generis contumaciam, arrogantiam & insolentiam, inauditam omni memoria.

## DIFFERENTIA VII.

*Collegia opificum*, qui INSTAVRET ac DAMNET?

**R**omano iure COLLEGIA OPIFICVM, I. R. collegia opificum ab imperatore;

solius imperatoris iussu, nunc *instaurata* iterumque prohibita & *sublata* sunt. Vti ere illius esse uidebatur (a).

*Germanico iure* utrumque argumentum est COMITIALE *legesque opificariae* feruntur non nisi ordinum pleno consensu. Vt merito in illis specimen habeas IVRIS COMMVNIS, in patria nati non accersiti aliunde; retenti quoque more ac usu hodieque (b). Interim Imo & a principibus.

neque hic Germaniae principibus aut rerum dominis manus ita ligatae sunt; quin hanc scenam in suis prouinciis ac territoriis reddere queant instructio-

G 3 rem

rem suis institutis; ut *iuris opificiarum* etiam singularia inde auctoramenta (c).

I. R. qui  
OPIFICVM  
collegia a  
folis IM-  
PERATO-  
RIBVS?

Etiā an-  
te *Adria-  
num*.

Vbi nul-  
lae impe-  
ratorum  
CONSTI-  
TUTIONES.

Sed ta-  
men OPI-  
FIARIÆ.

Exemplis  
1) *ulii*.

2) *Octavii*

(a) I. R. ex eo scilicet tempore, quo omnis pote-  
stas ab imperio *Caesaris unius pependit*; *collegia opificum*  
ab eodem nunc *instaurata*, iterumque *sublata*, pro ar-  
bitratu ac voluntate. Idque tum etiam factum, cum  
Latii principes ac imperatores *legislatoriam potestatem*  
in manibus relinquerent *senatus populi*que Romani, ne-  
que eandem sibi ac suo nomini, *constitutionum* uerbo,  
quod postea factum, uindicarent. Nam primo seculo  
christiano integro usque ad *ADRAINVM*, *Caesares* le-  
gum ferendarum potestate usi sunt nonnisi *insolenter*.  
Quoniam maluerant illi *re ipsa* imperare, quam pristi-  
nae reipublicae inuertere schemata. Hinc voluntates  
suas illi exposuerant nunc *senatui*; nunc *plebi*: ut illae  
deinceps populo significarentur, adpellatione uel *senatusconsulti* uel *plebisciti*. Qua causa operae pretium esse  
non uidebatur *IMPERIALIUM CONSTITUTIONUM* collecto-  
ribus, *Gregorio & Hermogeni*, *primi seculi* imperatorum  
iussus & epistolas in *codicem* referre, cum laterent iam  
sub *senatusconsultorum*, *plebiscitorum*, *legum* schemati-  
bus in ipsis pandectis. Quicquid sit; *RES OPIFICIVM*  
non retulere illi inter *privata*; sed *publica iura* τῆς πολιτείας;  
de quibus, suo nomine auctoritateque, non dubitarunt  
*iubere, uetare, largiri & indulgere*. De *IVLIO CAESARE*  
aperte *SVETONIVS c. 42*. in illius uita: *cuncta collegia*,  
*praeter antiquitus constituta*, *DISTRAXIT*. Atque postea  
de *OCTAVIO AVGVSTO* idem *c. 23*. narrat: *plurimae fa-*  
*ctiones*, *TITVLO NOVI COLLEGII*, *ad nullius non facino-*  
*ris societatem coibant*. Igitur *COLLEGIA*, *praeter antiqua*  
& le.

& legitima, DISSOLVIT. Non opus est, in pluribus esse occupatum, eorum nempe imperatorum, qui postea, suo instituto, aut aperuere *opificum collegia* aut *occlusere*. Vtrumque penes imperatorem fuisse solum & unicum, exemplo discimus *Traiani*. Quem ideo consuluit *PLINIVS lib. X. epist. 42.* num instituendum sit *collegium fabricorum, duntaxat hominum centum quinquaginta*. Ut incendium, *Nicomediae* forte subortum, posset, eorundem opera solertiaque, extingui. Instar *coetorum salis* in hac urbe nostra. Qui ideo industriam, in tali periculo adhibendam iurant. *Si müssen schwæren; sich in feuers-gefahr gebrauchen zu lassen.* Respondet *Traianus in epistola 43.* subsequente: *meminisse se, provinciam istam & ciuitates, factionibus esse uexatas. Igitur nolle se eius hetaeriam (coetum, conuentum); quamuis breuis sit. Paucorum numeris definitam. Idem thema, num COETVS christianorum ferendi? repetit requiritque epist. 97.* ab imperatore doceri. Vnde facile constat: solius imperatoris iussu indulta collegia iterumque prohibita & sublata: sine ullo *senatus* aut *populi Romani* intercessu. In sequentibus principibus Romanis eo minus est dubii. Nam illi uti *leges* alias omnes; ita etiam *opificiarias* quasque sibi adrogarunt, iure aperto, sine inuolucro uel *senatus* uel *plebis*. Ut adeo, *edicto principali*, standum & acquiescendum omnium generum sigillatimque *opificum collegiis*.

(b) *Germanico iure uti potestas legislatoria*, in illis praesertim rebus, quae ordinum ac principum iura tetigere in suis territoriis, inde a principio *Germanici imperii*, extinctis *Carolidis*, non penes solum imperatorem fuit, sed etiam ordines atque ita uniuersum imperium, cuius uox edita in comitiis: ita facile est ad intelligendum, *opificiaria iura* eo quidem referenda, si quidem *opifices* obligari debuerunt per *Germaniam uni-*

I. G. qui  
 ab UNI-  
 VERSI IM-  
 PERII DE-  
 CRETIS O-  
 pificum  
 collegia?

Sub HEN- uniuersam. Quid de LEGE HENRICIANA dicendum, cu-  
 RICO au- ius *differentia* I. c. 3. §. 2. 3. facta est plenior mentio? Dico.  
 cepe, so- Aut illa solos *Saxones* aut *Thuringos* obligauit: aut pro-  
 lius Saxo- uincias patriae quascunque. Si *primum*; condidit illas  
 niae legis- uincias patriae quascunque. Si *primum*; condidit illas  
 latore in *Henricus* auceps, qua *Saxoniae* & *Thuringiae* princeps,  
 hoc argu- suo arbitratu ac instituto: si *alterum*, sanctio & promul-  
 mento. gatio fieri potuit nonnisi in comitiis. Quicquid uolue-  
 ris; mihi perinde est, qui id ago, ut probem, *opificia-*  
*rias* causas non fuisse in patria nostra in manibus Cae-  
 saris solius. Sane BOTHONIS testimonium, *diff. 1. c. 3. §.*  
*4. p. 21.* recitatum, loqui uidetur tantum de ciuitatibus  
 SAXONIAE solius. Et, nisi fallor, habent ideo hodieque  
*opificiaria instituta*, in *Saxonia* & *Thuringia* nata, post  
 recepta per regiones *Venedas*; *Balthici* maris uiciniam;  
*Boemiam*; *Silesiam*; *Porussiam*; *Liouoniamque*, aliquid  
 singulare & praecipui, quod diffidet a moribus opifi-  
 cum per *Sueuiam*, *Franconiam*, *Bauariamque*. Ut pe-  
 regrinatores boethi ultimarum prouinciarum redimere  
 teneantur ius ciuitatis unico imperiali. *Sie müssen das*  
*gesellen-recht mit einem thaler lösen, sonst sie nicht arbei-*  
*ten dœrfern.* Symbolum quoque *opificiarium* (*der GRVS*)  
 differt prorsus ab illo, quo uti solent Saxonici hisque ad-  
 scripti opifices modo commemorati. Et licet HENRICI  
 IV. & V. uti & FRIDERICI I. & II. plus iusto sibi adro-  
 gauerint cum in aliis causis, tum in iure legislatorio;  
 tribuantque plures his imperatoribus OPIIFICARIAS LE-  
 GES in imperio; cuius rei specimina habentur in scripto-  
 ribus urbium singularium, LEHMANNO in *Chron. Spir.*  
*lib. IV. c. 22.* BROWERO *lib. XI V. annal. Treu. n. 134. 135.* au-  
 ctore *apologiae ciuitatis WORMATIENSIS ad an. 1232. p. 218.*  
 HEINECCIO *Goslar. lib. II. p. 219.* aliisque: exemplum ta-  
 men HENRICI, filii Friderici II. quem siue VII. dixeris  
 siue omiseris numeros ordinis parum refert, DIPLOMA  
 COMITIALE his fere uerbis an. 1231. in WORMATIENSI  
 conuen-

Inde SVE-  
 VICI & SA-  
 XONICE  
 dissensus.

Sub Hen-  
 ricis &  
 Fridericis.

conuentu est conceptum: *Heinrich von G. G. Ræm. Kæ. nig.* Thun zu wissen, daß auf diesem REICHSTAG zu WORMS gebethen worden, zuerkennen: ob etwa eine STATT oder MARCK, in unserm Reich gelegen, GESELLSCHAFFT, EIGENE SAZVNG, ZVNFFT oder EYDBÜNDNÜS aufrichten und ordnen mæge? Darüber wir unsere FÜRSTEN BEFRAGET. Die haben gerechtlich gesprochen: Daß keine STATT noch MARCK gesellschaft, sondere sazung, zunfft, verstrickung machen sollen. Dergleichen hatte es auch denen HERRN der stette und marckte, ohne unserer maieft. bewilligung, nicht gebühret. Darum wir dieselbe gantz abthun. Geben WORMBS den 22. Jan. 1231. Est omnino hoc diploma admodum memorabile. Vtinam uero dedisset illud nobis FRIESIVS noster uerbis Latinis (\*), quibus haud dubie fuit scriptum uel, loco epitomes, recitasset illud uerbatim BROWERS lib. XV. *Treuir. annal. n. 151. p. 128.* Docemur ex illo plura. Primo de iure *opificiaro* esse actum ac definitum aliquid in COMMUNIS, idque iudicio principum imperii, non imperatoris solius. Deinde requiri adeo, in collegiis *opificum* instaurandis ac ordinandis, principis ac ordinum consensum. Post alia loca *opificum* collegiis non esse, quam in ciuitatibus aut oppidis, quae intelligimus uerbo der MARCKTFLECKEN oder MARCKTEN. Instaurauit filii HENRICI codicillum imperialem pater FRID. II. an. 1233. diplomate scripto *Aquileiae* his fere uerbis: *reuocamus in irritum & cassam in omni ciuitate & oppido ALEMANNIAE communia consilia; magistrōs ciuim; quoslibet officiales, qui ab uniuersitate ci-*

RECESSVS  
IMPERII  
singularis  
in iure o-  
pificiaro  
an. 1231.

An. 1233,  
qui in gra-  
tiam epi-  
scoporum,  
oppressa  
opificum  
collegia?

(\*) In historia Wirzburgensi sub episco-  
po XL cap. 12. p. 557. Doluimus saepe, cum  
hunc scriptorem, doctum & pragmaticum,  
ederemus primi; quod diplomatum nobis  
det *Germanicas* tantummodo uersiones.  
Eo, quod historiam suam ille scripserit

Germanice. Nam ex authentica scriptura  
multoties ea possunt erui, quae interpre-  
reddidit minus recte; praesertim in *Latini-  
tate medii aeni.* Quae difficilior intellectu,  
quam in Latii aurea aetate.

uuum, SINE ARCHIEPISCOPORVM BENEPLACITO, statuuntur. Irritamus etiam cuiuslibet ARTIFICII CONFRATERNITATES seu societates. Dedit nobis hoc monumentum BROWERVS lib. XV. annual. Treuir. §. 152. Verum fati ipsa uerba docent: talia imperatorem non demum statuisse, sed repetuisse statuta pridem. Deinde non uniuersim opificum collegia sustulisse; sed illa demum, quae coacta essent in ciuitatibus ad archipraesulum deprimendam uim. Vnde rectum est iudicium KYRIANDRI part. XIII. comment. p. 109. tribuum & collegiorum iura pridem fuisse legitima in ciuitatibus: sed, quoniam tremenda essent sacrorum antistitum insolentiae: igitur, in eorundem gratiam, ab imperatoribus illa iterum impetita esse minis. Verum, quod subdole talia mandata fuerint obtenta: ideo morem illis gestum esse raro. Iure canonico fratriae siue confraternitates ideo omnes suspectae sunt prohibenturque ingratiam episcoporum maxime, poena depositionis & infamiae. Ut habetur in can. 21. 22. causa XI. qu. I. his quidem uerbis: *coniurationum & conspirationum crimen (quod apud Graecos dicitur (\*) Φρασπία) publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi.* Crimina, quae in Gallis & Germanis ibi notantur ac reprehenduntur inprimis: quod hi populi prouisi sint ad contrahendum colendumque consortia

Φρασπία,  
brüder-  
schafften  
prohibita?

(\*) Haeret aqua omnibus; quid demum sit Φρασπία & qui collector decretorum adfirmare queat: *fratris aut fratres* uocem esse graecam barbari licet aeu; cum potius sit Latina, haud dubio requirenda a uerbo *frater*. Meo iudicio audiueri alii populi; Germanos *foederatorum* societatem dicere *brüderschafften* atque hinc *brudereas, brüderen, Φρασπίας*, pro ratione sui idiotissimi, formalis & effinxisse. Hodicque certe *collegia* uetustissima hoc uerbo adpellantur, exemplo Φρασπίας,

*der brüderschafft imthal* in hac urbe. Membranacens etiam decretorum CODEX meus pro, Φρασπία, habet *Φρασπέια fraterea*. Quod magis uicinum uerbo *brüderen*. Hinc forte ipsi Germaniae, instar magnae Φρασπίας, nomen uenit. Cum enim sibi audirent Teutones *die teutsche brüderschafft*: Romani sua lingua illos etiam *fratres* nominarunt siue *Germanos*. Ideo TACTVS de M. G. c. 7. ait: quod nomen hoc sit nouum, nuper additum aut effectum a Romanis.

instar



instar fratrum. Sed a diuerticulo in uiam. Iisdem moribus ac iuribus usi sumus in Germania etiam post. Quod, inter alia, ostendere possunt decreta comitialia in CORPORE RECESSVVM nouissimorum. Quae loca fere congeessimus *diff. V. litt. b. p. 46.* In quibus etiam causa indicatur, quare OPIFICIARIA STATVTA non in prouinciis singulis sigillatim condi debeant; sed COMMVNIA esse IMPERIO VNIVERSO: *daß, wo nicht alle Ständ durch das reich teutscher nation GEMEINLICH in ihren obrigkeiten über diese ordnung von handwerckern zugleich halten, selbige nicht gehandhabet oder in stetige übung gebracht werden mæge,* quae uerba sunt R. I. AVG. 1551. §. 83. Vnde illud certum est: non inueniri legem in imperio, cuius per uniuersum imperium tantus concentus ac harmonia, quam in rebus opificariis. Ut adeo illa uere dici queat IVS COMMVNE patrium, quo destituimur in causis aliis. In auxilium ideo uocatis peregrinis Latii institutis. Quapropter omnino ordines imperii, praesertim *minores* (\*), cauere sibi debent in causis *opificariis* atque adeo etiam in *opificibus paganis*, ab omni insolentia. Cum supra dictum probatumque sit *diff. I. cap. 3. p. 22.* opifices in pagis alere aut tolerare esse contra antiquum MOREM TEVTONICALEM ET FRANCONIAE uniuersae. Cui, lucri causa, obstrepere uelle: illud quidem est cum summa iniuria coniunctum.

(c) Licet Germaniae *opificum collegia* regantur IV. I. R. in RE COMMVNI patriae uniuersae; non tamen ideo inter-

R. I. 1551.  
opificiaria  
iura COM-  
MUNIA.

(\*) Licet enim nulla, intuitu *superioritatis* atque iurium *principalium*, inter *maiores & minores* Germaniae ordines, diuersitas; ultimi tamen, si *pagis* indulgent *opificia & opifices*, primo id faciunt ex *emulatione* ac inuidia, lege improbata; deinde non in suos tum *subditos* peccant, sed in *conciues & CONSTATVS*, qui ideo mi-

nus habere possunt dubitationis, iniuriam hanc sibi foris illatam uindicare; demum uti uniuersi imperii interest, celebriores Germaniae ciuitates fouere ac conseruare, ita imperii *suprema tribunalia* eo maiori rigore ulciscuntur *opificia pagana* eorumque tutores.

H 2

dicti

RIA lege  
principi-  
bus impe-  
rii manus  
non adeo  
ligatae.

Idque  
tempore  
a) NOVIS-  
SIMO an.  
1530.

an. 1577.

b) anti-  
quissimo.

An. 1161.

dicti principes & rerum *domini*, quin aliquid in illis ad-  
dant, nouent, suppleant. Dummodo, quod *l. ult. D. de colleg. & corpor.* habet: non obstat haec *mori ac insti-  
tuto antiquo Teutonicali*, ut uerbis utamur diplomatis  
*diff. l. c. 3. §. 5.* in medium prolati. Ita enim *hospitalitas*  
aduenarum opificum R. I. AVG. 1530. tit. 39. §. 1. quidem  
est restricta: sed tamen in arbitrato simul cuiusque rer-  
um *domini* est relicta, ut eandem, pro ubertate aut  
caritate annonae, deminuat ulterius, non adaugeat  
uero. Quod repetit R. I. FRANCOF. POLITIAE REFORM.  
1577. tit. 15. §. 3. *Dieweil wir bedacht, daß in allen solchen  
puncten eine gemeine, beständige, richtige ordnung, und  
gleichheit der land, gebrauch, gewohnheit und sitten hal-  
ben. Und dann von deßwegen, daß speiß und tranck in ei-  
nem land in ziemlichem; in dem andern aber in haeberm  
kauff ist, nicht wohl fürgenommen werden mag; so ha-  
ben wir alle solche puncte der obrigkeit eines ieden ortes zu  
befehlen, für nothwendig erachtet.* Ergo, quod olim I. R.  
penes ipsa *collegia opificum*, in statutis adaugendis, uti  
*diff. V. litt. a. p. 45.* ostensum: illud in Germania pe-  
nes *ordines ac rerum dominos ibidem p. 48. 49.* Quoni-  
am ipsa *collegia prohibita sunt, statuta noua condere;  
neue innungen zu machen*, in R. I. RATISPONENSI 1594.  
§. 124. Neque his moribus usi sumus in Germania aeuo  
tantum iuniori: sed, tempore etiam antiquissimo, re-  
rum dominis, maxime S. R. I. principibus hoc relicta,  
ut curarent *opificum collegia*, instaurarent illa ordinarent-  
que eorundem ritus. Anno 1155. narrant historici &  
ostendunt diplomata: *Wichmannum* archiepiscopum  
Magdeburgicum noua *opificum collegia* instituisse; tum  
pristina adauxisse priuilegiis. Habes documenta plenae  
fidei in RELIQVIARVM tom. II. p. 389. & alibi. An. 1161.  
FRIDERICVS I. ipse agnoscit *Treuirenses opifices collegia* in-  
stituisse nunc auctoritate *archiepiscopi iterumque archi-  
palatini,*

palatini, quod recitat BROWERVS ad an. 1162. lib. XIV. an. 1162.  
 §. 135. Idem libro XV. sequenti §. 152. aliud decretum pro-  
 fert FRID. II. an. 1232. quo soluuntur tantum opificum col- an. 1232.  
 legia, coacta ausu priuato sine antistitum aut principum  
 consensu. Neque exempla desunt principum eorum,  
 qui, decreto imperiali sublata opificum collegia, sua volun-  
 tate consilioque instaurarunt denuo. De YRINGO wirz- an. 1279.  
 burgensi episcopo scribit FRISIVS ad an. 1265. ep. 41. cap. 5.  
 p. 579. *Dasß in deß bischoffs gefallen stehe, die zünffte*  
*zu Würzburg abzuthun oder bleiben zu lassen.* Igitur an.  
 1279. opificum collegia Wirzburgi non solum instaurauit  
 iterum: sed etiam leges opificiarias dedit promulgauitque  
 die S. Gertrudis an. 1279. quas recitat & ipse FRISIVS in  
 episc. 44. c. 15. p. 585. Quae omnia post iterum sublata  
 an. 1294. a MANGOLDO, teste eodem in illius uita c. 12.  
 p. 597. Sed non licet nunc esse longiori. Ceterum de-  
 bet hoc omnino notari ex medii aevi notitia singulari.  
 Opificum collegia ex institutione Henrici aucupis sancta &  
 legitima, postea duorum generum hostes accepisse, quo-  
 rum potentia astutiaque saepius afflictata sunt & concul-  
 cata. Vnum fuerat Caesarum eorum, qui in sua tyran-  
 nide metuerant in urbibus conglobatam multitudinem  
 & numerosa opificum collegia, pristini moris ac liber-  
 tatis tenacissima. Vt adeo incurrerent in odia Caesa-  
 rum, qui id egerunt, ut confringerent eorundem uim,  
 collegiis dissipatis. Alterum antistitum sacrorum. Hi  
 enim uti in urbibus adfectarunt iura potentatus: ita re-  
 sistere improbo ac licentioso conatui ciues in iisque opi-  
 ficum tribus & collegia. Vnde causa adparet, quare  
 clericorum tanta fuerit cura dissoluendi collegia & con-  
 fratrias siue consortia, quocumque demum sine coacta  
 ac instituta. Hinc dirae etiam uibratae aduersus colle-  
 gia in ipsis conciliis, quorum canones adduxit AL-  
 TESSEBRA de iurisdictione eccles. lib. V. c. 13. DATT-

APPENDI-  
 CVLA.  
 Opificum  
 collegia  
 DVOS  
 OLIM  
 HOSTES.  
 1) Caesa-  
 rem.  
 2) episco-  
 pos.

Etiā  
opificii  
ignari  
collegae  
opificum.

Quare  
damnata  
nomina  
PFALBVR-  
GERORVM  
&  
VSBVRGE-  
RORVM.

ivs de pace publ. c. 14. n. 18. 19. Adauxit odia collegiorum etiam hoc; quod illis multoties nomen darent homines factiosi, qui adscripti ideo *tribui opificiariae*, licet opificii gnari essent nullius, quod *Ant. MATTHAEI* docuit lib. II. de nobil. cap. 16. & lib. IV. c. 25. In aliquibus enim ciuitatibus nemo admissus *ciuis*, nisi *contribulis* ac collega in opificio coetu. Eadem causa *psalburgerorum* postea nomen damnatum. Nam hoc tegumento etiam homines nobiles se in urbes contulerunt, plerumque studio rerum nouarum. Alii, *excuius*, in uernacula *eines aus bürgers*, uerbo, interesse uoluerunt plurium ciuitatum consortiis. Quae nomina AVREA BVLLA cap. XIII. deleuit expunxitque ex albo Germaniae rerum publicarum. Cui loco PRAESES in *commentario ad A. B.* lumen attulit & olim singulari libro illum illustrauit *Iac. WENCKERVS de Psalburgeris*. Sed, cum hodie milite utamur mercenario eoque perpetuo, obsoleuit euanitque metus anilis ab *opificum collegiis*. Ut haec in urbibus omnino fouenda sint ac conseruanda; contra, patrio COMMVNI IVRE, damnanda, proscribenda & extirpanda e pagis.

## DIFFERENTIA VIII.

De collegii opificum IURISDICTIONE?

I. R. qui  
OPIFICVM  
collegiis  
mixtum  
IMPERIVM?

**R**Om. I. collegiis opificum IURISDICTIONIO & *mixtum imperium*. Idque ideo, quod illa instructa fuerint *iudice* singulari & iurisdictionis finium *regundorum iudicio*. Imo quod, per iura Latii, *iurisdictionio* nulla sine *leni* coercitione aut, quod idem, *imperio* *lein*

*leni* siue *mixto*, idest, temperato, quae habenda pro synonymis. Ut adeo *iurisdictionio* fingi nequiverit sine *imperio* per *Latii* instituta (a). Contra *iure Germanico* opificum collegiis neque *iurisdictionio* ulla neque *imperii* ulla species. Ut adeo, *teutonico* more, inter *iurisdictionionem* atque *mixtum* imperium interfit plurimum. Licet uero neutrum competat OPIFICIARIAE TRIBVI *den handwerckszünfften*: potest tamen illis uel *primum* uel *utrumque* indulgeri PRIVILEGIO a principe aut rerum domino. Quas causas iureconfulti miscent & confundunt idque cum magna rerum sententiarumque perturbatio-  
ne (b).

(a) *Iure Romano* nullus dubito, opificum collegiis fuisse *iurisdictionionem*. Eamque non solum in *definiendis institutis* opificariis; sed etiam in *decidendis* causis dubiis. Vnde partes non potuerant discedere aut iudices ordinarii uel superiores pro *nullis* habere sententias, in *opificum collegiis* *latas*. Cum enim superius *diff. V. litt. a, p. 45.* sit comprobatum: habuisse opificum collegia potestatem.

I. G. ne  
quidem  
IVRISDI-  
CTIONIO ulla?

I. R. qui  
OPIFICVM  
collegiis  
IVRISDI-  
CTIONIO?

Quoniam testatem: faciendi *statuta*; *formulas* illis fuisse *opificiaras*; imo peculiarem *iudicem*: nemo forte inficias iuerit, ubi *iudex* fuerit, ibi & fuisse *iudicium*, fuisse *iurisdictionem*, cuius apertis uerbis meminit l. 7. *periniquum. C. de iurisdic. omnium. iud. periniquum* & *temerarium esse*, *perspicimus*, eos, qui *professiones aliquas seu negotiationes exercere noscuntur*, *IVDICVM*, ad quos illa cura pertinet, *IVRISDICTIONEM declinare, conari*. Iudicem uero illum *adfessores* habuisse *opifices* ipsos, *socios imperii & iurisdictionis*, admodum credibile est. Improbatur igitur *imperator eorum effrenos conatus*, qui, cum in collegio uiuant, *detrectent iurisdictionem collegii, iudices, statuta*. Quae ultima etiam habet pro legitimis l. 2. *receptitia §. fin. C. de constit. pecun.* Exinde igitur certum esse, puto: Romanorum hanc factam collegiis *opificum indulgentiam*: ut *ius dicere & iudicare* potuerint non solum; sed etiam *latam sententiam exequi*. Quoniam *iurisdictione* sine executione *I. R. uana & inutilis*. Quo respicit omnino l. 2. *D. de iurisdic. cui IVRISDICTIONE data, ea quoque concessa, sine quibus iurisdictione non potuit EXERCERI*. Neque *iurisdictione* fingenda sine *leui coercitione*, uti recte *Herm. VVLTEIVS de iurisdic. p. 192. n. 19. 20. Quod* fidenter ideo notat *Gerard NOODT de iurisdic. lib. I. c. 1.* quia perhibet; *mixtum imperium esse idem, quam sit iurisdictione ipsa*. Ut adeo nequeat unum ab altero diuelli aut seiungi mente. *Mixtum* non ideo dici, quia *iurisdictione* sit admixta imperio: sed *mixtum* idem hic esse, quam *temperatum, lene*. Igitur *imperium esse uel merum, id est, atrox, seuerum, graue; uel mixtum id est, lene mite, brachii leuioris*. Quicquid sit huius philosophiae. Siue Romani *triplex genus habuerint iurisdictionis: MERVM imperium; imperium MIXTVM; IVRISDICTIONEM simplicem sine imperii admixtione id est, sine executione: mea hic parum refert, cum nullus dubitem, Romana*

1) *statuta.*  
2) *formulae.*  
3) *iudices.*

Sed num  
ideo cr-  
iam MI-  
XTVM im-  
perium?

Num mi-  
xtum  
idem,  
quam  
mite?  
an uero  
CONFLA-  
TVM ex  
imperio &  
iurisdic.?

mana iura *opificum collegiis* in altero ac ultimo sensu iurisdictionem indulgisse. Neque tamen, quod supra ostendi, ea in re cum interpretibus confugere est opus ad *l. 1. neque societas §. 1. D. quod cuiusque universitatis nomine*, in qua dicitur, quod *COLLEGIIS PISTORVM & quorundam aliorum permissum sit, CORPVS habere collegii & societatis siue cuiusque alterius eorum nomine*. Adeoque illis licitum, ad exemplum *reipublicae, habere res COMMVNES; ARCAM; SYNDICVM, per quem, tanquam in republica, quod communiter fieri aut agi oporteat, agatur & fiat*. Nihil enim hic de iurisdictione; nihil de iudice; de iudiciis nihil. Enumerata uero iura *syndici; arcae; rerum communium etiam corpora habent agricolarum ruri*. Quibus ideo nulla iurisdictione. Imo sit, *notionem fuisse opificum collegiis, quoniam penes illa latio legum aut statutorum adeoque etiam applicatio factorum ad illa & iusti ac iniusti definitio: non tamen ideo illis mixtum imperium siue notioni addita executio? Sed est uinculum consecutionis a primo ad alterum uere perpetuum Latii*. Nam *l. un. D. si quis ius dicenti non obtemp. omni magistratui est concessum, iurisdictionem suam defendere POENALI iudicio*. Et clarius in *l. ult. D. de officio eius, cui mandata est iurisdictione*, definitur: *iurisdictione sine modica COERCITIONE nulla est*. Omnia do! sed haec sunt Romana, necquicquam confundenda cum patriae institutis.

(b) *Iure Germanico instar problematis haberi solent: num opificum collegiis competat iurisdictione?* Negant hoc alii iterumque alii adfirmant idque diuersimode. Nam sunt, qui illis largiuntur *iurisdictionem simplicem*; non autem *imperium mixtum*: contra alii *utrumque* illis, censent, esse tribuendum. *Neutrum uero dandum esse iisdem, iterum alii arbitrantur*. In huius iuris *triuio*, quaeso! quid faciendum? Audiemus principio nostros iureconsultos; tum, qui recte aut secus senserint statuerint-

FICTITIAE  
causae  
1) quoniam illis  
iura syndici.

I. G. qui  
OPIFICVM  
collegiis  
nulla IV-  
RISDI-  
CTIONE?

Triuio  
iuris.

- rintque, definiemus ex iuris *Romani* ac *Germanici* differentis. MEVIUS *part. 5. decis. 254. n. 3.* existimat: *opificum collegiis dandam esse IURISDICTIONEM; uerum sine IMPERIO.* Quam *L. B. de LYNCKER dec. 712. analogam* dicit. Nam, si nolit pars rea acquiescere sententia, in tribu opificum lata, implorandum esse magistratum, ut eandem rite exequatur. Quoniam *imperii* nulla specie gaudeant *contribules, die zunffincister* oder *zunffigenossen.* Quorsum etiam inclinat FRITSCHIVS *de colleg. opif. c. 3. n. 17.*
- 1) Num simplex & analogo?  
BOTYN *de mero imperio membr. 3. n. 33.* Plures autem sunt, qui, praeter iurisdictionem, opificum collegiis quoque adsignant *imperium mixtum.* Quod non solum illis liceat causas opificiaras definire; sed etiam exequi definitas *in multis. multis; destitutione* muheris opificiarum. Verum etiam hi ipsi iterum inuicem dissident. Nam alii PRIMVM tantummodo dant, uti REINKING *de regimine secul. lib. I. class. V. c. 4. n. 114.* ZILLES *de multa c. 7. n. 80.* alii ALTERVM quoque *Adrian. BEIER cap. XVI. de iurisd. colleg. §. 9. n. 1312. 1313.* FINSTERWALDER *observat. Austriac. lib. III. obs. 2. n. 7.* Neque tamen desunt, qui *tribubus opificiaris omnem iurisdictionem* negant prorsus, STRAVCHIVS *de colleg. opif. ib. 98.* Etiam in CAUSIS & PERSONIS merito discrimen requirunt. Nam subesse tantum *iurisdictioni* opificum *causas opificiaras.* Quo non pertinent uel opificum contractus uel delicta *FINSTERWALDER ad ius Austriac. lib. II. obs. 26.* Quas ideo SICHARDVS ad *l. 7. periniquum C. de iurisd. omnium iud. n. 2.* nimium iusto extendit profertque ad casum, ubi aliquis *pellioni* uendiderit *pelles* egeritque uenditor coram *pellionum collegio.* Quod certe nemo hodie adproabuere; licet mentionem huius *causae* faciat proponatque sibi eandem exemplo *VVLTEIVS de iurisd. p. 192. n. 21. 25.* Deinde etiam *iurisdictione* opificiarum tangat *opifices* tantum; non alios, in quo concidunt omnes *FINSTERWALDER lib. III. Austriac. obser. 2.*
- 2) mixtum imperium?  
Tan-
- 3) neutrum?  
Tan-
- Restitutio  
a) ad causas opificiaras.  
b) opifices solos.



Tandem *opificiarum* collegii iurisdictionem plerique adpellant ideo *cumulatiuam*, non priuatiuam. Quod in actoris arbitrato sit, in causa opificiaria agere uel coram opificum collegio uel coram magistratu aut iudice loci ordinario KNIPSCHILD *de ciuitat. imp. lib. 4. tit. 13. art. 3.* BEIER *cap. XVI. de iurisdic. opif. §. 8. n. 1303.* CARPZOVIUS *lib. 1. resp. 48. n. 4.* Me auctore *omnis iurisdictione* opificum collegii penitus est, patrio iure, deneganda. Nam primo, patriis moribus, iurisdictionis alia est origo, alia forma, quam olim in Latio. Nesciuit Roma alios *iudices*, quam *officiales*. Igitur penes solum *Caesarem* fuerat; limites eorundem & numeros illorum, qui iurisdictioni addicti, uel contrahere uel proferre. In Germania autem habemus *iurisdictionis dominos*, quibus inuitis nihil potest uel imperator uel princeps: ut, indulgendo *collegiis iurisdictionem* peculiarem, eximendoque inde collegia aut personas, limites *iurisdictionis patrimonialis* uel distrahant uel contrahant. Cum illud, quod iure dominii alteri est datum nequeat eidem, ulla parte, auferri. Igitur, si *collegia opificum* subducta fuissent iurisdictionis domino: id uel imperator iussisset uel princeps territorii atque tum uel ultimus a primo laesus uel ab ultimo rerum domicelli in prouincia. Neurrum iure fieri potuisset. Deinde nulla ideo etiam hic auctoritas *legum Latii*, unde uulgo *iurisdictionem opificiariam* solent caeri. Quoniam illae pristina patriae instituta & iura nequeunt expungere, tollere aut uertere in alium statum. Cum *legum peregrinarum* receptus subsidarius sit; saluis illis, quae domi nata & culta. Post uti iure Romano iurisdictione etiam *prorogari* potuit: ita hoc ipsum nefas est in patria ideo, quoniam *iurisdictione* nostris hominibus in patrimonio, empta spes lucri ac sportularum, quod nequit alteri deminui & extenuari, pacto alterius: uti neque alterius imperio. Praeterea uti

c) tantum cumulatiua.

SENTENTIA sence. Quare I. G. opificum COLLEGII NVLLA IURISDICTIONE?

1) Quia illa patrimonialis.

a) nulla LL. Latii hic auctoritas.

3) nefas iurisdictionem prorogari.

4) probanda iuris.



dictio  
non praesumenda.

5) non  
condunt  
statuta.

6) negatum hoc  
maioribus  
collegiis.

8) singularis  
der zunfft-  
hauptmann.

6) praeciuscia

in Germania neque, castro dato, data creditur iurisdictione: ita etiam neque collegio iurisdictione adfixa, nisi doceatur *indulgentia* singularis. Quae cum in opificiariis statutis adhuc desideretur; temere ideo non est fingenda uel adstruenda. Tum uti I. G. *opificum* collegia, destituuntur potestate faciendi *STATUTA* quod *differ. V. litt. b.* ostendimus, licet illo iure gaudeant per leges Romanas; ita necquicquam opinabile est, opificibus datam esse facultatem, causas, exinde dubias aut parum congruas, decidendi. Porro cum maiora collegia ac societates *litteratorum; presbyterorum; parochiarum; ordinum prouincialium;* aliorumque sibi non adrogent iurisdictionem: haec certe gratis tribui non debet opificibus. Demum omnes fere conueniunt in eo; quod opificiaria iurisdictione sit tantum *cumulatiua*, quod statim diximus. Igitur interest magistratus, non habere corruales. Ad *extremum* in locis ubi *opificum collegio* est *iurisdictione* singularis; addi eidem solet certus praefectus, *der zunfft-oder berghauptmann; hanßgrau*, uti Ratisponae: quo opus non esset, si ipsis opificibus iurisdictione. Quod cum ita sit, contra, quam fieri multoties solet, in plerisque causis debet decidi ac responderi. Sic in *iure prohibendi* uel *opifices paganos* uel *conductios* extra tribum in ipsa urbe; non ipsa *tribus opificiaria* debet sententiam ferre & exequi: uerum causa agi coram magistratu ab eoque & decisio eius & executio requirenda & expectanda. Exempli loco esse potest *casus*, quem *Viennae ANDLERVS lib. I. iurisprud. tit. 4. n. 36.* respondit docte & ample: *num cui fas sit, uti opera opificis domi, qui non sit contribulis aut socius opificum collegii in urbe?* Non collegium tulit sententiam: uerum praetor ac magistratus prohibuitque & ciues & opifices clandestinos segreget extra tribum. Sequitur causa alia. Nuper in republica, quae nostrae uicina, in contribulem suum sen-


sententiam dixit opificum collegium; quod facinus admisisset, indignum opificiariorum consortio eumque ideo a tribu exclusit. *Weil er wider handwercksbrauch gethan. Wäre er künstig weiter nicht vor zunffimüssig zu achten; auch hätte er aller zusammenkünfften mit andern meistern, biß er sich mit dem handwerck abgefunden, sich zu enthalten.* Contemptu ac risu excipit decretum damnatus opifex. Inde agit coram magistratu de sibi illata iniuria. Recusavit litem contestari opificum collegium: quod esset lata sententia; quod haec uires accepisset iudicati; quod collegio competeret iurisdictio, minimum analoga; quod locus sit remediis suspensiuus ac deuolutiuus a sententia collegii. Reposuit actor; negare se opificiariorum tribui iurisditionem; negare ideo facultatem sententiam ferendi; negare illi uim iudicati; negare, quod requirantur uel adpellatio uel leuteratio, quibus remediis opus non nisi in iudiciis. Audita utraque parte ex superius instructo armario, iudex ita decedit: *daß dem handwerck nicht gebühret, sich eines richterlichen spruches anzumassen, vielweniger solchen zur execution zu bringen. Dannhero alles dieses, was hierunter vorgegangen, vor null und nichtig zu achten. Wie nicht weniger der advocatus fisci wider diese anmassung der innung zu excitiren und gegen dieselbe, beschehenen eingriffes halben in die gerichte, sein amt zu beobachten. In übrigen, dafern die zunfft etwas erhebliches wider klägern und desselben vornehmen einzuwenden, bliebe, vor den ordentlichen stattgerichten solchen zu belangen, derselben ohnbenommen.* Quid si uero acquiescat contribulis damnatus opificiariorum decreto faciatque ei satis? Minima tum non curat praetor; ubi etiam actor aut accusator deest, ibi etiam deest iudex. Si tamen multa aut coercitio alicuius momenti aut paulo acrior: tum certe magistratus habet, de quo inquirat aduersus opifices collegas ex officio. Quid si

GLAVCO-  
MATA:  
si contribulis pari malit, quam agere. Si coercitio leuissima?

Si decli-  
nent con-  
uentus?

uerosi non expellant contribulem nocentem e suo con-  
uentu: sed non inuitent eum aut, si ille uenerit ultro, illi  
secedant? Omnino etiam hic & actioni locus offensi col-  
legae & inquisitioni ex iudicis officio. Si quis in hac  
causa indulgentior: peccat miscetque iura Latii cum  
Germaniae institutis.

EPISTOLA PRAESIDIS  
AD CANDIDATVM IVRA CIVI-  
TATVM RESPONSVRVM IN ARENA  
INAUGVRALI  
ADVERSVS OPIFICES IN PAGIS.

 Oleo, in arbitrato ponere meo-  
rum *candidatorum*, quod *iuris*  
*thema* eligere uelint ad speci-  
men inaugurale, e cathedra edendum.  
Nam in uniuerso iurisprudentiae am-  
bitu non titulus reperitur unicus; qui  
spernat medicas manus. Nunc enim  
in *Latii* institutis; nunc in moribus  
*patriae*; iterumque in tritura *forensi*  
aliquid occurrit, quod uirgulam me-  
retur; ut scribi ac dici possit, quod non  
scri-

scriptum aut dictum ante. Praesertim ex *differentiarum triuii* huius iuris armario instructissimo. Vtinam mihi otium esset, dandum unice harum musarum deliciis, describendis per ambitum PANDECTARVM & CODICIS uniuersum. Verum nunc iussa principis; iterumque negotia curialia; quandoque etiam priuata iuris responsa, requisita ab illis, quibus, nunc dignitatis, nunc compendii ergo, non licet deesse, interpellant musulam; intercipiunt operas distrahuntque animum, ut nequeat uni rei, prout ratio exigeret, infigi & destinari. Ipse expertus es hunc casum: qui IN AVGVRA-TIONEM tuam, pridem tibi indultam, ex amplissimi iureconsultorum ordinis iussu, interceptit; ut nunc demum honores capeffas, tibi antea iam in nostro confessu decretos. Improviso enim mandato regali excurrendum fue-

fuerat in SVEVIAE & FRANCONIAE oras  
idque in principali honestissimoque  
comitatu. Et licet excurfio ab ingra-  
uescente aetate mea & deliciis, quas  
reportare soleo ex litterarum cultu, ali-  
quantum uideretur aliena accederent-  
que tempeftatis aduerfae ac turbidae  
pericula: conduxit tamen illa ualetudi-  
ni meae insigniter eamque ita recrea-  
uit, ut redux pluribus uifus fim adole-  
fcentior. Quae cum ita fint, non scho-  
lae tantum probanda munera mea; fed  
etiam curiae idque agendum cau-  
endumque fedulo, ne in alterutro ali-  
quid defiderari poffit. DEO largitori,  
hoc debeo: quod in bona gratia &  
beneuolentia fingulari plurium GER-  
MANIAE PRINCIPVM liceat effe. Quo-  
rum adminiftri opellis meis ufi funt in  
rebus grauiffimis &, cum effent ad eo-  
rundem palatum responderentque il-  
lis prosperi fucceffus, iam non dubita-  
runt

runt, uiam aperire & aditum parare ad colloquia cum ipsis principibus instituenda & eorundem indulgentiam mihi meisque conciliandam. Verum enim uero, si discessero ab his, etiam cum honore ac munusculis, tantum abest, ut museoli mei & otii academici pertaesus sim, ut potius, ad illa red-  
 dux, magis magisque oblecter iisdem gaudeamque impensius mea litteraria suppellectili; instructa cum LIBRORVM, omnis generis, tum MSCTORVM uoluminum insigni adparatu, quo iam contendere licet cum plurimis Germaniae principum bibliothecis. Dum haec scribo, do hoc litterarum honori ac pretio, quod illae habent merenturque prae aliis rerum huius aevi crepundiis. Sunt in orbe mortalium uere bona nulla: sed offuciae ac umbrae, quibus capimur & occupamur, ut pueri fabis ac globulis. In his tamen primas

K

do



do litteris ac ingeniorum cultui: quibus, si parum boni inest, plus tamen innocentiae & integritatis. Quo ipso tuum quoque animum excito ad hoc studium, in quo te profecisse nunquam poeniteat. Sed quid? in his forte deliciis illud parit fastidium. Quod ipsos litteratos inuadere plurimum soleat, instar hereditarii morbi, liuor & inuidia, ut alii aliorum famam proscindere & conspergere soleant calumniis, uti exhausti pudoris scurrae & sanniones. Fateor, hoc ipsum esse, quare uiri curiales ac purpurati uirique alii de meliori sorte plerumque confortia litteratorum habeant suspecta, inuisa, lutulenta, abiecta infimo loco uitentque ideo, nomen suum dare huic, quod dicunt, classi umbratilium homuncionum. Praesertim cum unus alterius famae & fortunae non moereat solum: uerum quisque id agat, ut,



ut, siue ipse siue alii, quos ad laudabile calumniandi studium, cogere ac coemere solent, ut nuper comperi ac didici exemplo, latent, furant, rudent, euomantque uirus omne aduersus illos, qui apud plurimos in aliquo loco, nomine, pretio & amore esse uidentur. Inseruiunt huic petulantium & maledicentium coetui multoties *diaria, bibliothecae & nouellae uolantes iudicia praepostera* atque *menstrua illa opuscula*, quae *monstrosos* hos partus uel edunt uel fouent, ut pleraque non alio loco haberi queant, quam famosi libelli, damnandi & proscribendi omnino a republica ingeniorum. Quaeso enim si talium collectori licentioso ad excusandum & defendendum, quod publicauit, illud sufficit: *tradita reddo; ita historia fert?* est in manibus accalamo maledici & spurcifici nebulonis cuiusque; insultare ac illudere uiris

de utraque republica bene merentibus ac olim meritissimis. Sunt eius generis libelli aliqui utiles, illi maxime qui nomen diu tuti sunt in orbe literario: sed plerique alii tumidi sunt mendaciis, nugis & gerris; ut non legendi sint, sed conspuendi & abiiciendi animo indignabundo. Id est contemptu uindicanda praepostera nugiuendulorum iudicia neque habenda uel flocci. Quod consilium, qui sequuntur, illi pergunt in uirtutis ac literarum cultu ac uia pede inoffenso, instar uiatoris, latratu canum impetiti quidem, impediti necquicquam in suo itinere. Haec remedia ad meum palatum, quibus uixi, florui ac perstiti adhuc. Iniuriam facturis gratiae sapientissimi numinis; si essem fortunarum, quibus licuit uti ac frui multifariam, immemor aut obliuiosus ob aliorum inuidiam. Tu uero, *docte*  
*can.*

*candidate*, hanc litteratorum turbam quidem relinquis, properasque ad patrios lares, hac quidem labe non contaminatos; uerum non ideo alienos prorsus ab hoc moerore hominum inuidorum ad bona aliena. Idque in liberis rebus publicis praesertim: ubi incolis esse solet lingua plerumque licentior & minus moderata, sub tegumento & inuolucro Germanicae libertatis. Meo igitur consilio, recte faciendo, sperne eius furfuris quisquillas & integro gressu eo contende, quo prouidens numen tibi, tuae industriae, solertiae ingenii, profectibus tuis, in iure haud spernendis, parauerit ostenderitque uiam ad transigendae uitae atque munerum obeundorum portum & perfugium. Illud enim testari possum bona fide; te in utroque, candidatis iurium imperato solennique examine, doctrinas tuas ita probauisse or-

K 3

dini

dini nostro: ut omnium habueris meruerisque calculos, ad summos in iurisprudentiæ cultu honores capeffendos. Compellauit me ideo, dum Halam uestram, olim & meam, percurrerem, in superius indicato itinere, dilectissimus *pater tuus* rogauitque, ut abitum in patriam maturares. Nolui igitur tibi remoras iniicere idque uel ideo, quod sis *unigena*, quorum numeri frequentiores in nostra Fridericiana, eorum quidem, qui immaturo obitu sunt e rebus mortalium præcepti, cum ingenti suorum luctu. Verum uti uirtutis cos, multoties paupertas: ita occasio ad luxum ac libidinem unigenis, diuitiæ. Quas nostros unigenas olim perdidisse, uerius est, quam fati aut loci huius ineuitabilem & fatiferam necessitatem. Gratulor igitur tibi honores, iure meritoque capeffendos in nostra republica tecumque perferendos in patriam dulcissimam. Nullus dubito, quia tibi tuisque musis in illa futurus olim sit locus honestissimus sisque uigiliis & doctrinis tuis natali solo tuo multum profuturus. Vale &, si appuleris ad urbem, tibi mihi que patriam: fautores, amicos, patrem consanguineos & adfines omnes meis uerbis saluta officiosissime. Scripsi DIE II, NON. mensis IULII CIO IO CC XXI<sup>o</sup>. Post

**P**ost bene perfectos exantlatosque labores  
FRIDRICIANA TIBI proemia digna  
dedit.

Applaudunt Musæ, sic nos applaudimus omnes.  
Plausibus his tantis iungere vota decet:  
Annuat Omnipotens votis; Tua coepta secur-  
det:

Esto decus patriæ, Viue vigeque: Vale!

*Applaudens scrib.*

C. D. DE NAZMER.

---

**T**empora docta premit tua, BONHOFERE!  
corona  
Quamque merebaris dat Themis alma  
tibi.

Eccur non laeter? cari sentimus amici  
Fortunam atque tibi plaudo decore nouo.  
Viue diu patriæ, meritis extendere famam  
Pergas, meque, a quo semper amaris, ama.

*Prænobilissimo Domino Can-  
didato gratulaturus hæc  
scripsit*

G. M. CRAMER, Isna-Sueuis.

---

**T**u reçois aujourd'hui la noble recompense,  
Dont les petits esprits sont justement  
exclus.

Mais

Mais quiconque a de Toi l'intime connoissance,  
Te trouve un bel endroit qu'il prise beau  
coup plus,  
La droiture de cœur qui T'est si naturelle  
Donne un nouvel éclat à tes heureux talens,  
Du cœur & de l'esprit cette union si belle  
Aura de grands honneurs pour compagnons  
constans.  
Va revoir Ta patrie, puis qu'on Te sollicite  
Sûr que, selon les vœux d'un zélé serviteur,  
Nôtre Hall ayant sù couronner ton merite,  
Ton Hall après saura Te combler de bon-  
heur.

W. C. BELLON  
Etudiant en Droit.

**B**ONHOEFERE nouo Themidis DIGNISSIME  
honore,  
Laeta per inscitas accipe vota manus.  
Scilicet haec multo TIBI dat quaesita labore,  
Implicitura TVAE debita ferta comae.  
Fallor? an inde TIBI surgunt primordia famæ  
Sic sperare iubet mens operosa TVA  
Gratulor egregium specimen. Meditatur ho-  
nores  
Patria nunc meritis donaque digna TVIS.

*Hac  
Prænobilissimo  
Domino Candidato  
gratulaturus ad posuit*  
I. C. SCHADE  
Pappenh. Sueuus.

☉ ☽ ☿

024 1038

ULB Halle

3

003 104 389



024

024









DISSERTATIONE INAUGVRALI 22.  
Differentias iuris  
Romani & Germanici

IN  
**OPIFICE**  
**EXVLE**  
IN  
**PAGIS,**

Don  
**H**andwerkern auf den Dörfern,

PRAESIDE  
**IOANNE PETRO DE LVDEWIG,**

*FRIDERICIANAE CANCELLARIO,*  
POTENTISS. PORVSS. REG. A CONSILII INTIMIS  
ET IN REGIMINE ATQVE CONSISTORIO DVCATVS MAGDEBVRGICI,  
ORDINIS ICTORVM PRAESIDE VICARIO,  
PROFESSORE IVRIVM ET HISTORIARVM,  
DOMINO IN GATTERSTAET, RELIQVA

PRO HONORIBVS AC PRIVILEGIIS DOCTORIS,  
IN VTROQVE IVRE CAPESSENDIS,  
RESPONDEBIT

**GEORGIVS MICHAEL BONHOEFER,**  
HALENSIS SVEVVS.

---

DIE XV. MENS. IVL. CIOIDCCXXIV.

---

*HALAE VENEDORVM,*  
Litteris IOANNIS GRVNERTI, Academ. Typographi.